



Georgii Vallae Placentini Placentini De institutione rhetoris libri duo.

<https://hdl.handle.net/1874/400361>

etiam
domini

**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


B. oct.
79







THE
YOUNG



Si haec de cā ab ipso p̄ scriptā hinc operū tēla
Stephī ep̄s seruus seruor̄ dei. **Sic vīlio stephī**
nemo se dī iactare de suis meritis p̄ape.
sic nō debet opera dei que illi alioq; per suos scōs
fūnt sine suis meritis sileti sed predicari qđ sic ad
monet angelus rhobiā vnde ego p̄ oppressionē sc̄e
eccl̄ i rege atrocissimo i blasphemio i nec dicēdo
qđ a mī ad optimū i sc̄i petri fidēlē domini

am xp̄ianissimū xp̄ianissimū karoli p̄em
ancia ueni ubi egrotau i usq; ad mortē i mā
non uod temp̄ apud pagū parisiacū inuenēta
monasterio sc̄i matthias lvtus campanas
au aitare domini petri i magistrū gentiū
dominam paulū et nota mente illos recognouit
de uor surgatis i motionibus i tercium bīm dō
ui dionisium ad dexteram domini petri subtile
et longiorem. Dixit domini petrus pastor. hic
firmit postulat sanitatem. Et dicit b̄s paulus. Modo
et approximans misit manū suam
domini dionisii amicabiliter resperniq;


et dicit domini petri ad domum
agnilacte. Tua grā ē sanitas eius. Et
cum b̄s dionisius thuribulli incensu i palma i
na ui tenens cum pb̄ro i diacono qui in parte sta
vant venit ad me i dixit michi. Pax tecū fī. Soli tu
mer. Et non morieris donec ad secundum tuā p̄spere
reuerenter. Surge sanus i healthare quod videi
hōnore dei i ap̄lor̄ petri i pauli dedica missas grā
i agēs. Nowq; sanus factus sūt i uolebam im
plete quod michi preceptū erat. Et dicebant qui
erant in montabā i telubā. Quem


Sed sancta te me conui et gloria miraculorum
beati karoli magni ad huncen et laudem nomi
nius ter. Incepit prologus.


Get si passim rurie odore pigmen
tatu veneranda orthodoxa kan
hi magni celebretur memoria
cuisq; sparsim per diversa terra
e spacia munificet et magnifice
scripta uulgentur placuit tunc
tato orto deliciarum i quo consi
ta si tot genera florium carpim i breuiter quedam o
toramenta uitium delegere q; sibi undis animi
xpi fidelium i odorem suavitatis valcam extinbere
Quia vero in oratione arguendo temeritatis est nre audi
tatis canalem tanti fluminis torrentem sibi pse
mire sperantes tamen in eum qui ex ore infantu
i laccentium sibi laudes perficit rosas quasdam i lu
lia de late patenti uitidario excepimus que pos
semu opusculo p loco i tempore intemumus. Inte
dum q; lucinare quedam insignia uitutis et cele
brem gloriosam et miraculorum seriem i laude te
fati pulsissimi imperatoris conterere quatinus ve
nus uic xpi cultor: fredericus romanorum imperato
rere augustus certum de sanctitate mori i vita beatissimi
karoli magni i amplius i perfectius gaudet
se solem illu trecentis annis i li occultatum i luc
gentui diuina cooperante gaudi p duxisse vere eten
temuramus eum huius canonizationis auctorem
et uicta id prelectum quem a primo illo instillio
karolo magno alterum karoli magnum mitio
et amissum illurisse. Faret a vero insius huius karoli


B. 8. 79


B. oct.
79











N^o. 6.

GEORGII
VALLAE PLACENTINI VL
RI CLARISSIMI DE
INSTITUTIONE

Rhetoris li.
bri duo.

Ex libris Bubolii



Henricus Sybold artiū & medicinæ pro
fessor, eloquentiæ candidato Salu.

Singenuitatem artium recte estimam⁹.
S inibus, facile cuius apparet non po
stremam laudem nobilitatis obtinere
rhetoricen. Siquidē cū hui⁹ disciplinæ, qua
siscopus qdā sit benedicere. Reliquę sere ar
tes, huc tendunt, ut hunc effectū, nempe ras
tionē ornate & benedicēdi fœlit⁹ assequa
mur, cum quevis alia, in hoc rudem quādā.
materiā, cū semina qdām suppeditet. E q
bus nos fruſilatim querim⁹ artificiū orōis,
quod præcipua messis estimat, & quasi us
nica studiorū nostrorū ſumma. Hanc nobis
regina artiū rhetorice pmittit. Constat aut̄
hec, partim preceptis, partim usu. Precepta
ut q̄ pauclissima, ita iligenter exq̄sita eē con
uenit. In his preceptionib⁹ tradēdis, ſumum
artificē prestitū Georgi⁹. Valla qui disci
plinā hāc latissimē patētem, in breuem admo
dum ſumam arctauit, studiosū cōpēdaria
ratiōe ad arcē eloquētię pductur⁹. Proinde
q̄ studiorē ſuorē fructū querūt, primū aī mū
nis preceptuōit⁹ ſufficiat. Deinde ad uſū di
cēdi, q̄ authore Cicerōe oīm magistrorū,
precepta ſuperat, gnauiter ſe accingat, ppe
nuo mēores. Scriptorū monumēta magis iſ
ſtruere, q̄ facere artificē. Nec uano puerbio
dici. V ſu et experientiā iſ arub⁹ dominari. V.

GEORGIVS VALLA PLACEN
TVS DE INSTITUTIONE
Rhetoris liber primus.



HETORICAM
græci, latinorum alij
oratoriam, alij oratori
cem dixerunt, sed tam
Quintilianus q̄ Cicero
græca uti uoluerunt
uoce, ac si uerbo græ
co latinum uerbum
reddere uoluerimus

nominabimus eloquentiam, nam & Cicero
græce inquit ab eloquendo rhetor, & la
tine eloquens dictus est, & perinde rhetori
cam artificiosam uocat eloquentiam. Ea
est bene dicendi, beneq; sentiendi peritia,
quam potissimum approbatam video dis
finitionem, in tresq; diuisa est species, quæ
sere tria genera causaq; dici solent, iudicia
lem, deliberatiuam demonstratiuā At in par
tes quicq; distributa iuentione dispositiōem,
elocutionē, memoriā, et p̄nuntiatiōem. Pro
priū rhetoricę est, auditorib⁹ suadere hone
sta, iusta, utilia, acute docēdo, argute delectā
do, grauitate cōmouēdo. Estatio in Aristote
lē ait Empedoclem rhetorices inuentorem

A 2 extitisse.

exitissc. Alij ad Coracē, & Tissā transserūt
ipsoſ q̄oq; ſiculoiſ. Omniſbus aut̄ haec ars
Ciceronis, Quinque laniq; ſenetiā perficit di-
ſcipliniſ, ut nō ſatis cumulaſ laude orator
dici poſſe uideat, niſi oībus artib; atq; ſci-
entijs fuerit iſtructus. Pr̄cipuiſ tamē atq;
peculiarib; muniſ cognitiōib; grāma-
tica, dialectica, & ea philoſophia, quæ mo-
ralis appellat. Perfecte aut̄ eloquētiſ puto
inḡ Cicero nō eam ſolū facultatiē habere,
quæ ſit eius ppria fuſe, lateq; dicēdi, ſed etiā
uicinā eius. ac ſinitimā dialecticam ſcientiā
aſſumere, q̄q; aliud uideat oratio eſſe, aliud
diſputatio, nec idē loqui eſſe qd̄ dicere, atq;
men utrūq; in diſſerēdo eſt diſputādi ratio
& loquēdi dialecticoꝝ ſit. Oratoriū aut̄ diſ-
cendi, & ornādi. Zeno quidē ille a quo diſ-
ciplina ſtoicorū eſt, manu demōſtrare ſole-
bat, quid inter has artes intereſſet, nā cū cō-
preſerat diſtiros, pugnūq; ſecerat, dialecti-
cā aiebat, eiulmodi eſſe. Cū autem diduxer-
at manū & dilatauerat palmę illiꝫ ſimilē eſſe
loquentiā eſſe dicebat, atq; etiā ante hunc
Ariſtoteles principio artis rhetoričae dicit
illā artē quaſi ex altera parte reſpōdere dia-
lectice, ut hoc uidelicet diſferat in ter ſe, qd̄
haec ratio diſcendi latior ſit, illa loquēdi cō-
tractior. Omnis ergo loquēdi ratio, quæ ad
dicendum

dicēdū trahi possit nota sit oratori. Verū
quo spōie squalidiora sūt, adhibēdū erit ist
his explicādis quidā orationis nitor. Multe
sūt rhetorice diffinitiōes, quē mihi attētius
inspiciēti ad idē uidenī recidere, nec uideo
cur ex arte gluaſio ſiniſ afferri nō poffi, ut
Ciceroni placuit, at Quinuliano nō placet
qā caſui alligat̄ hoc modo, cū medicus nō
ſanabit, nō erit medicus, cum quis faber, uſ
pictor, uſ ſtatuarius, qđ intēdit cōſequi nō
potuit, nō erit q̄ est, qđ carec̄ rōne. At inq̄
pſuader pecunia, pſuader gratia, fateor, ſed
nō arte, uel ſcienua, qđ generis loco poſitū
eft in rhetorices diffinitiōe. Deniq̄ quoniam
putat oratorē nullū, niſi uirḡ bonū quæro,
malij oratoris artē, nā arte agat necelle eſt,
ut Gracchi, ut Saturnius, ut Glaucias, & as
līj, quo inquā noīe appelleſ, nō grāmatiā,
nō poetiā, nō theologiā, non physiologiā,
nō medicinā, nō e mathematicis ullā, nō ar-
lia q̄ rhetorica pōt appellari. Quare nō ob
hoc male dicēda eſt rhetorica, qā q̄ ea ma-
le utaſ, ſed q̄ ea abutit, ſicut nequidē glad⁹
quo quis hōſtē poffit & pbum hominē p-
dere, nā quid tandem eſt tam bonū, quo ma-
le ui nō queas. Cūq̄ ſi partiri quidē totū
in parties diſtribuere. Diuidere aut̄ gen⁹ in
ſpecies, partimur rhetoričā in inuentiōne,

A 3 diſpositionem

dispositionem, elocutionem, memoriam,
& pronuntiationem. Diuidimus vero in
demonstratiuam, deliberatiuam, & iudicia
lem materiam.

De inuentione.

Cum igitur tum ordine, tum obscurita
te inuentio cæteras rhetorices partes ante
cedat. De inuentione prius differendum est
a qua negdem iudicium abest, sicut nō a di
spositiōe, neq; ab elocutiōe. At quo nā in
uentio cūctis rhetorices subiect generibus
de generibꝫ ipsis loquēdo, suā singulis ac
commodabimus inuentionem. Rursus quia
traditu difficillimum omnium genus est iu
diciale, ab ipso potissimum ordiemur.

De iudiciali genere.

Iudiciale genus causę, quā rhetorice spes
ciem esse diximus, quādoquidem in singu
lis speciebus cūctis rhetorices partes inueni
unt, est cuius finem iustū quidā esse uolue
rūt, multiplex, ac uariū, & minus obuium.
Officijs autē duobus cōstat, intentionis &
depulsionis, et cū iudicalis ius sit finis, uns
de et nomen iuenit, inspicienda primū dus
cimus questionū genera, ita nāq; tum des
mum potuerint, quomodo sint singula ge
nera tractāda intelligi, in primisq; de quo
iā dicturi sumus iudiciale. Conuenit ergo
inter

inter oēs quæstionum p̄cipua dūo ēsse ges-
nēa, finitum unum. alterū infinitum. Infis-
titum græci thesīm. Cicero in rhetorici s
quæstionem, in topicis p̄positum, in partis
tionibus oratoris consultationē, in orato-
re infinitā quæstiōem nominauit. Finitum
hypothesin græci, qd̄ infinito subiecta. Ci-
cero in rhetorici s, in topicis causā, in orato-
re mō causā, modo definitā quæstionem, at
in partitionibus cōtrouersiā. Infinitae igit̄
sunt, quæ remotis p̄sonis. & tēporibus, &
locis, ceterisq; similibus in ueranc; partē tra-
ētant, quod quæstionis genus philosopho-
aiunt potius q̄ oratori conuenire. Cicero
hoc genus scientia, & actione distinguit, ut
sūt sc̄ientiae, an m̄ūndus Dei regat, p̄udentia.
Actionis an accedendū ad rem publicā ad
ministrandam, hoc genus in species quæstio-
num diuiditur an sit, quid sit, & quale sit,
quæ omnia supra, ubi dialecticas quæstio-
nes attigimus. Finite aut̄ sunt ex cōplexure
rum plonarum, temporum, ceterarūq; ampli
or semp̄ est infinita, inde em̄ finita descēdit.
In thesi ergo inspectio rei alicuius qualis
est. In hypothesi contentio. Deinde in thesi
queritur quid oēs facere oporteat. In hypo-
thesi qd̄ unum, alterumue, aut paulo plures
nēpe ut sit definit⁹ hominū modus, est etiā

illa differētia qd' in thesi quasi ignari querimus, quid sit optimū factū dictuue. In hypothesi quasi sc̄ientes defendimus. Infinita ergo fuerit, an insidiatorē suū liceat occidere. Finita an Miloni licuerit Clodiū insidianē occidere. Perspecto genere questionis dūctū cōsiderare iubemur a quibusdā. Ductus uis cōsiliū est, qua ducimur ad quaestuonis habēdā rationē, quorū possit hoc modis cōsiderari quidā tradere tētauerūt. Nos autē qā innumerabilib⁹ id fieri modis posse cernimus coniectandū unicuiq; relinquimus, causæ genere cognitio intueri neutrū erit difficile, pposita cōtrouersia. His perceptis cōmonemur totū genus cōtrouersię cōsiderare, ethiconē sit an patheticū, quae duo bene ab oratore tractata admirabilē faciūt eloquentiā. Ethicon qdē ad mores, & ad oēm uitę cōsuetudinē accōmodatū. Patheticō quo prurbant animi, & cōcitant id in quo uno regnat oratio illud superius inq; Cicero come, iucundū ad beniuolentiā conciliandā paraū. hoc uæhemens, in ēsum Incitatū, quo cauſe eripiunt, quod cū rapide fertur sustineri nullo pacto potest, quo genere inquit nos mediocres, aut etiā multominus, led magno semper usū impesū ſepe aduersarios de statu omni deiecim⁹ nobisq;

nbiq; familiari reo sumus orator non re-
spondit. Hortensus a nobis homō audas
cūfīmus. Catillina in senatu accusatus ob-
mutuit, nobis pīruata in causa magna, &
graui cū cōpīset. Curio pater respondere
subito assedit, cū sibi uenenis eceptā diceret
memoriā, hoc genere non modo ut cōmīse
rescaī judex facimus, sed etiā ut irascāt. mis-
tiger, inuidēat, faueat, cōtemnat, admirēt, o-
derit. diligat, cupiat, latietate afficiat, speret
metuat, lætet, doleat, in qua uarietate ut cē-
teris dicēdi uirtutibus Cicero unus admī-
rādus est. Hęc igit̄ cum aduerterimus qđ
sit stat⁹ iubēt rhetores in uēdū. De stat⁹.

Status siue cōstitutio est inq̄t Cicero, in
quo primū insitū quasi ad repugnādū cō-
gressa desēlio, a cōgressu pugnātiū in lūpta
rāflatio, cū primū aduersi sibi iuicē cōstite-
re, ita ubi in cōtrouersię loco principalī ins-
tructi ad sua cōfirmāda, & aduersarij refel-
lenda obnixi pugnā sunt cōmissuri. In cō-
nāq; qđ in causa potēissimū, & in quo ma-
xime res uersati sia uſ ecē phibet id si qđ gene-
ralē quēstionē, uſ caput dicere malit genera-
lē, nihil refert, nō magis qđ si aliud adhuc, qđ
idē in cōlligaē eius rei nomē inuenierit, cū plu-
res fuerint in causa stat⁹ ut frequēter accidit
is erit principalis, cū alij seruierint. Verū si

A § neuter

neuter alter seruierit uterque erit principalis
sed cum non erit causa simplex, ut cum quis
furti, & ceteris pariter accusatur, eaque controver-
sia complexius nota est, quae plures habet sit-
tus. Diuiserunt autem statum plerique in binas spe-
cies rationalē unā alterā legitimā appellantes

De statu rationali, ac de conjecturali.

Status rationalis diuidit in conjecturalē, seu
inficialē ab intentiōe, ac depulsiōe ita nota-
tum. Finitiū, ut alij finem, & sūmi generis
est. ratem quoniam de quā queri potest an sit, quod
sit, & quale sit. Conjectura igitur multis exur-
git modis, uero precipuis sex, quod aut de fa-
cto constat, & de persona non constat, aut nec de
persona constat, nec de facto, aut de persona con-
stat, et non de facto, aut cum de sola uoluntate sit
questio, aut cum de re ipsa queritur, ut hoc ne an
aliud sit, aut cum est anticatgoria, quorum quia
tria sunt tempora, præteritū, presens, & future.
At in conjectura, cum est in inficiādo reus, duo
sunt ei, prima causa, & euētus. Causa efficiē-
di ratio euētus, quod effectū est, inuestigēdaque
erunt, quae possint ab antecedētibus aconiun-
ctis, & consequentibus educi argumēta, pba-
bilia, illa quodē q̄ maxime fieri potuerit. Quo
pacio autem possint iā in arte differendi dictū
est. Alij a decē prædicamētis, quae ibidē mes-
morata sūt duci argumēta putarunt oportes-
re, ut cœluerunt.

censuerunt, alij ista sunt p̄cipue cōiectanda
quis, qd, cur, ubi, quādō, quēadmodum, q̄
bus ad miniculis, p̄sona inq̄, factum, cauta
locus, tempus, occasio, modus, facultas, o-
pinio, natura nostra, opinio iudicū, uulgi
mos, quāobrem utilia illi, quē arguet fuisse
& ab eo effici, potuisse demōstret, utilitatis
cōiectura mouet, si illud, qd' arguit, aut spe
bonor̄, aut malor̄ metu fecisse dicit, qd'
sit acrius, quo illa in utroq̄ genere maiora
ponunt. Spectant euā ad causā facti motus
animatorū, si ira recens, si odio uetus, si ulcis
scēdi studiū, si iurię dolor, si honoris, si glo-
rie, si iperij, si pecunię cupiditas, si periculi ti-
mor, si ēs alieni, si angustię rei familiaris, si
audax, si leuis, si crudelis, si ipotens, si incau-
tus, si insipiens, si cōmota mēte, si uiolētus,
si cū spe efficiēd, si cū opinione cēlādi, aut si
patesactū esset depellēdi criminis, uñparui
pēdendi periculi, uñ in lōginquūtēp̄ disses-
rēdi, aut si iudicij poena leuior, q̄ factū præ-
misū, aut si facinoris uoluptas maior, q̄ dāna-
tiōis dolor. Hisfere rebus facti suspicio cō-
firmat, cū et uolūtatis in reo cause reperunt
facultas in uolūtate aut utilitatis ex adeptio-
ne alicui⁹ cōmodi, uitatiōe cū alicui⁹ incō-
modi querit, ut aut metus impulisse uidea-
tur, aut alijs reperitur animi motus, qui
etiam citius in fraudem, q̄ ratio utilitatis

impellit, atq; hęc de causis. Cōsequētia par-
ter quædā sunt signa præteriti, & qualis im-
pressa facti uestigia, quę quidē uel maxime
suspitionē mouent, et sūt q̄sl tacita criminū
testimonia, atq; hec qdē grauiora, q̄ causae
cōmuniter uident̄ insimulare, & arguere
oēs posse quoq; mō aliqd interfuerit. Hęc p-
rie attingūt eosiplos, q̄ arguunt̄, ut ielū, ut
uestigiū, ut crux, ut deprehēsū aliquid, qd̄
ablatū, eruptū q̄ uideat, ut responsū incōstā-
ter, ut hæsitatū, ut titubatū, ut cū aliquo uis-
su, ex quo suspicio oriat̄, ut eoipso in loca
uisus, in quo facinus, ut pallor, ut tremor,
ut scriptū, aut obsignatū, aut depositū qd̄
piā. Hęc enim & talia sūt, quæ aut in re ipsa
aut etiā anteq̄ factū est, aut postea suspicioz-
sū crimen, efficiāt, quæ si nō erūt, tamē cau-
sis ipsis, & efficiēdi facultatibus nisi oportē-
bit, adiūcta illa disputatiōe cōmuni, nō suis-
se ullū tā amenitē, ut indissia facti, aut effuge-
re, aut occultare nō posset, ut ita apert̄ esset
ut locū criminī relinqueret. Cōmuni ille
cōtra locus audaciā temeritatī, nō prudētię
esse cōiunctā. Sequit̄ aut̄ ille locus ad augē-
dum nō esse expectandū, dū fareat̄ argumē-
tis peccara cōuinci, & hic etiā exēpla ponē-
tur. Atq; hęc quidē de argumētis. Sin erit te-
stū facultas primū genus erit ipsū laudādū
dicendūq;

dicendūq; ne argumētis teneret reus ipsum
sua cautione fecisse, testes effugere nō potu-
isse, deinde singuli laudent. Laudū genera
de genere mutuabimur demonstratiuo, de
quo mox, deinde argumēto etiā firmo, atq;
etiā si obscuri testes erūt, aut tenues dicēdū
erit nō esse ex fortuna fidē ponderādā. Sin
quæstiones habit, aut postulatio, ut habeā
tur causā adiunabūt. Cōsirmandū genus
primū quæstionū erit. Dicendū de ui dolo
ris, de opiniōe malorū, qui eā rem totā nīsi
p̄bassent, recte repudialent, de exteriorū in-
stitutis, ac nostrorū. Irridēda etiā disputatio,
qua solēt uti ad infirmādas quæstiones, &
meridicata, pueriliscq; dicenda est, tū facien-
da fides diligēter est, & sine cupiditate quæ-
sitū. dicta quæstionis, argumentis, & conie-
ctura ponderanda, atq; hæc accusationis fe-
re mēbra, sūt. Defensionis autē primū, insis-
matio causarū, aut nō fuisse, aut non rātag,
aut nō sibi soli, aut cōmodius potuisse. idē
cōsequi, aut nō ijs se esse moribus, nō ea ui-
ta, aut nullos animi motus, aut nec rā potē-
tes fuisse, facultatū autē infirmatiōe uteū, si
aut vires, aut animum, aut copias, aut opes
absuisse demōstrabit, aut alienū cēpus aut
locū nō idoneū, aut multos arbitros, quo-
rū crederet nemini, aut non se rā imperitū,

ut id

ut id susciperet, quod occultare non posset, neque
tamen amentem ut penam, aut iudicia contemne
rei. Cösequentia uero diluet exponendo non
esse illa certa indicia facti, quae etiam nullo
admissio consuequi possent, consistentes in singulis
gulis & ea, aut eorum, quae ipse facta diceret
esse, propria non esse desideri potiusque criminis
aut si sibi cum accusatore communia essent pro
periculo, potiusque contra salutem ualere de
bere. Tertiumque & quæstionum genus universum,
& quod poterit in singulis ex reprehensionis
locis refellere. Harum causarum principis
pia suspicio ad acerbitatem ab accusatore
ponenti denuntiabiturque insidiarum communione
piculum, excitationeque animi ut attingatur.
A reo autem querela, consuetuus criminis, collecta
rumque suspicionum, & accusatoris insidiae,
& ita communione periculi preferetur, animique ad
misericordiam allicient, & modice beniuolenta
ia iudicium colligetur. Narratio autem accusa
toris erit quasi membratim gesti negotij suspi
ciofa explicatio sparsis oibus argumentis, ob
scuratis defensionibus defensoris, aut prætes
ritis, aut obscuratis suspicionum argumentis
rebus ipsarum. Euetus erit, casusque narrandi. In
cofirmandis autem nostris argumentationibus
infirmatisque contrarijs, saepe erunt accusatori
motus animorum incitandi, reo mitigandi,

atque

atq; hæc quidē utriq; maxime in peroratiōne faciendū. Alteri frequentatione argumētorū, & coaceruatione uniuersa. alteri si plāne causā redarguēdo explicari et numeratiōne, ut q̄cquid diluerit etiā miseratiōe ad extremū. Cū ergo oīs coniectura aut de re aut de animo sūi utriusq; iria tēpora p̄grediūtum p̄sens, & futurum. De re & generaſles quæſtiones sunt, & definitæ. Nēpe quæ continentur, & quæ non continentur sub aſſiſt̄. Generalis an ortum mūndus habuerit. Definita fere animi, ut qua mente Ligatiūs in Africa fuerit, quo animo Pompeius in bellis fuerit ciuiib⁹ contra Cæſarem.

De finitiuo statu.

Finitio coniecturam sequitur, quod petſe fecisse non possit ire inficias, proximū habet dicere non id fecisse, quod obſciatur ut in furtis, depositis, adulterijs, in quibus diffinitionum tenendæ sunt species, rēfūc̄ diffiniendarum diffinitiones. At de his in arte differendi abunde diximus. Diffinitiōnum tamen modi fere duo. Vnus qui diſputandi. Alter qui litigandi causa adh̄betur. Oratori opus est diffinitione, quæ ad litigium tendit. Estigatur ubi litigatur quandoq; in notis nomine uerbis, ut quid sit pénus, quid latus, quandoq;

in

in ignotioribus, & obscurioribus uerbis
qd sit clarigatio, nā hac semp & legati cū
ad hostes, clarigatumq; mitterētur ut, id est
res raptas clare repetitum, unus utiq; uerbe
Clarigatio narius uocabat. Dicta si qdem clarigatio a
clara uoce, qua utebatur pater patratus, ut
alij a elero, hoc est forte, nā bellica sorte ho
stiles agros inuadebant, unde græce clerici
nomi dicti, qui iura bona defuncti sortiunt
Cōmunia inq; Cicero, quem potissimum in
his seqmūr p̄ceptis. Sūc in isto genere ac
cūsatori, defensoriq; p̄cepta. Vt etiā diffi
niēdo describendoq; uerbo magis ad sensū
iudicis, opinionēq; penetrarit, & uter ad cō
munem ybi vim et ad eā p̄ceptionem, quā
ichoatā habebūt in animis hi q; audient ma
gis, & p̄pius accesserit uincat necesse est. Nō
etiā argumentādo iractat hoc geno, sed tāq;
explicādo, excutiendoq; ybo, ut si i reo pes
cunia absoluto, rursusq; reuocato p̄uaris
catiōem accusator diffiniat oēm iudicij cor
ruptelā ab eo. Defensor aut nō oēm, sed tā
tūmodo accusatoris corruptelā ab eo. Sicut
ergo hēc cōtentio prima ybor, i quo etiā
si p̄pius accedat ad cōsuetudinem, menteq;
sermonis defensoris diffinitio, tamē accusa
tor sententia legis utet. Negat etiā probar
oportere eos, q; leges scripslerunt, patum hai
bere iudicium, si totum corruptum sit, sive

Si minus accusator corruptus sit utitur æ
quitate. Defensor autem testatur consuetudinē
sermonis, uerbicūm ex contrario reperiens,
quasi ex uero accusatore, cui contrarium est
uōmē prēuaricatiōis, ex cōsequētibus q̄ ea
littera de accusatore soleat dari iudicij, ex
noīe ipso, quod significat eū, q̄ in contrarijs
caſis, quasi uarie esse posit⁹ uideat, sed huic
ipſi cōfugiendū est ad æq̄iatis locos, ad re
rū iudicataꝝ authoritatē, cōmuneq; sit hoc
præceptū, ut cū uterq; dissinierit, q̄ maxime
potuerit ad cōmūnē sensū, uimq; uerbi, cū
similibus, exēplisq; eorū, q̄ ita locuti sunt,
suā dissinitionē, s̄tentiaꝝ cōfirmet, arq; ac
cusatori in hoc genere causaꝝ locus ille cō
muniſ minime esſet cōcedēdus, ut is, qui de
re cōsiteat, uerbi se interpretatiōe defendat.
Defensor autem de ea, quā p̄posui, equitate ni
tat, & ea cū secū faciat, nō re, sed deprauati
one uerbi se urgeri querat, quo in gēere p̄
censere poterit plerosq; inueniēdi locos. nā
et similibus uter, & contrarijs, et cōsequētib⁹
q̄q; uterq; tamē reus, n̄iſ plane erit absurdā
caſa frequētius. Amplificadæ autem caſaꝝ
quæ aut digredientia caſa dicisolēt, aut cū
perorabūt. Hę uel ad odiū, uel ad misericor
diā, uel ad omnino animos iudicū mouen
dos, si modo rerū magnitudo, hominū ue

B aut

aut inuidia, aut dignitas postulabit.

De statu qualitatis

Qualitas simplex non est, nam & qualis sit cuiusq; rei natura, & que forma quæratur, ut an anima rationalis afficiatur, & de magnitudine, ac numero, ut luna ne terram magnitudine excedat. sit ne unus mundus quæ oīa argumentādi cōiectura deprehendunt. Questionem uero habēt qualia sīnt. Hæc in suasorijs aliquando tractātur, ut si Cæsar deliberet, an Britanniam impugner quæratur, que sit Oceani natura, an Britania insula, q̄ lōge lateq; pateat, et pīnde q̄ta militū multitudine aggrediēda, ad qualitatem accedunt facienda & nō facienda, appetenda, uitāda quę i deliberatōem, quęq; in iudicium frequenter ueniunt, sed illic de futuris, hic de factis agit. Demonstratiue quoq; partis omnia sunt in hoc statu, factū esse cōstat, quale factum sit quærī, qualitas tractat qualitate facti & iuris ratiocinatiōe. Facti qualitas cū ostēdimus factū nō esse p̄s nitiolū, & naturali iure esse concessū, ut de Milone qd' Clodiū occiderit. Iuris ratiocinatio lege, more, secta, arte. Lege uim, uilect repellere aggressū se gladio exerto occidit. accusat cēdis, hic se lege defendit. More mos ap̄ Scytha fuit, ut sexagenarii p̄ pōs tē mitterent,

mitteret, occideretque Scytha Athenis sexa
genariū patrē e pōte deiecit reus est parricidij. Is more gentis suarē se fecisse defendit. Se
cta, philosoph⁹ disputauit in cōtione de bo
no per mortē cuncti q̄ eū audiere laqueo ui
ta finierūt. Accusat philosophus damni illa
ti. Is se secta sua fecisse defēdit. ut disputaret Ars
Secta
Arte, pīctor naufragiū pinxit & pposuit
publice spectandū, nemo nauigat, reus est
rei publicae leſae. Is ait pīctores id solete pin
gere qd' uelint. Sūt etiā qui negotiale statū
faciat in quo de reb⁹ ipsis querae, remoto
personarē cōplexu qualitatib⁹ subiectiāt, sūt
qui distinguāt ut sit negotialis status in scrip
pto, aut extra scriptū, in scripto tribus mōs
dis simplici, cōiuncto, cōparatiuo. Simplex Simplex
cū una lex simplex est. ser̄ rogatio ut hono
res magistratusq̄ uæneāt. Cōiunctū cū Cōiunctū
duæ leges ferunt, ut in ærarī inopia fert ro
gatio, ut magistratus uæneāt, utq; noua ue
ctigalia instituant. Cōparatiuus inscripto Cōparatiuus
cū ita lege ferunt, ut pro cōparatione que
rēdum sit, que potius cōprobāda uideat,
ut cum in ærarī inopia aliis fert legē, ut ma
gistratus uæneant, aliis ut noua uectigalia
instituant queritur que potior sit. Extra
scriptum modis duobus simplici & com
paratiuo, simplex quatuor modis, iniectione
qualitatuum
B 2

qualitatum, particula iuris, quantitate nus
mieri, cū causæ reddunt mortis uoluntarioris.
Iniecio qualitatum modis quinque sit, lege,
rogatione, testamento, pacto, edicto, uel pre
conio. Lege, ut rapta raptoris morte, aut
indotatas nuptias optet, rapuit et profugit.
Dedit eam pater marito alijs, reuersum raz
prore uult pater producere, super nascitur
qualitas qualitati, quonia que antea rapta
erat, hodie iam nupta est. Rogatione ut for
tis petit praemium nuptias uxoris alienæ. Ac
cepit prima nocte exanimata, & priori ma
rito reddidit, cum apud illic conualuisset re
petiuit eā uir fortis supernascit qualitas qua
litati. Quonia quā repetiuit uiuā reddidit
quasi mortuā. Testamēto, ut deceđes testa
mēto iussit, ut filia sua tutoris filio nubere,
reddita tutela tutoris filius petet eā sibi uxo
rē dari, illa contradicit, qualitas supernasci
tur qualitati, quod iussa est tutoris filio nubere
et ille iā tutoris filius esse desint. Pacto, pactum
est datur se nuptū filiā medico, si eā ad sani
tatē producere, restituit sanitati, inter moras
ab alio rapta est, et secundū morē raptare pu
ella idotatas nuptias eligit, petet medicum, at
preter occurrit, cōtrouersiaque. Edicto uel pre
conio cuis seruo fugerat libello proposito, uel
preconē nuntiās dixit datur se denarios
mille,

mille, q ad se seruū pduxisset quidā pduxit,
is in libertatē assert⁹ est, & liber p̄nuntiat⁹,
petit ille mille denarios, cōtradicit, q domi-
nus fuerat, quonā is p quo pmissi mille de-
narij erāt, siber p̄nūtiatus est. Particula iu-
ris est cū aliq postulatiōe, hec species fit mo-
dis trib⁹, cū res pecuniaria est. Cū ius in po-
sterō fit. Cū de mō pœnē agit. Hi tituli cōtrō-
ueriarū fere negotiale statū osiēdūt. Res pe-
cuniaria, depositum apud amicū certā frumē-
ti mensurā aitq rati uenderet, quāti emisset
eo absēte ille duplo uēd̄ dīt p̄recio. reuerso
offert simplā pecuniā, ille exigit duplā. Ius
in posterō cū ex p̄senti iudicio ius cōstitui-
tur. qd̄ postea sit obseruandū, ut est orba, p̄-
ximo nubat, ul̄ si eā noluerit uxorē ducere
deī decē milia, nolēs nubere. sibi orbā. Pro-
ximus dedit ei decē milia, illa alias exqrit
nuptias cui cōtradicit, ex hoc enim iudicio
incipiet institui ius utrū uni orbē, an oībus
proximus sit obnoxius. De modis pœnæ, q
causas mortis proponit capite puniat, et ra-
ptor raptae det decē milia. Puellā cæci pas-
tris dītē rapuit, ille p̄cipitio obiit, petit ad
pœnā, & offert decē milia, hic enim querit,
qua pœna affici debeat. Tituli cōtrouer-
siarū, qui ut plurimū negotiale statum ef-
ficiūt, cum. Tribuni appellantur de iniusto

B 3 Supplicio

Ius in

Modi pœ.

supplicio cū abdicatiōe, cum præmij peti-
tio est, ut exempli causa, seruus meretricem
dominā amat, uult illum tribunus cruci afa-
sigere, appellat tribunos de iniusto suppli-
cio. Abdicatio amicos nō habet, & abdica-
tur cū præmij petitiōe, uir fortis petit præmi-
um, rusticus fecit foriter, petit præmij no-
mine ne oues immolent. Quātias numeri
quā tertiā fecimus speciem negotialis exira-
scriptium, cum quātitas sine ulla cōparatio-
ne tractat, ut tyrannicida præmij petat, du-
os tyrānos occidit, petit bina præmia. Cō-
tradicit hīc em̄ querit per quātitatem, si ulla
cōparatio tyrāni, lex illa una fuerit, an duae.

Quarta species negotiali status cū cauſe
reddunt mortis uoluntariæ, ut Eunuchus
amat, reddit causas uoluntarię mortis. Cō-
paratiua species extra scriptū quatuor mo-
dis, cū diuinatiōe, cū qualitatum cōparati-
one, cū quātitatum, cum duarū qualitatum
Diuinatio cum de idoneo accusatore quæ-
sto est, cū duo uſ plures accusationē sibi uē-
dissent, ut est q̄ habebat filium & uxorē me-
retricē tamē adamabat, uult fili⁹ patrē accu-
fare demētig, uxor male tractatiōis. Hīc em̄
querit uter potius accusare debeat. Qualita-
tū cōparatio eum p̄sonę cōparant, quæ ope-
rā rei publicæ præstiterint, quæ præmium
petunt,

petunt, cōtendunt medicus & orator. Quā
titatum cōparatio, quādo facta cōparātur
& querit quātum hoc, ul' illud sit, quātus
tum cōparatio est, ut aut res, aut numimi cō
paren̄, res cōparant, ut qui plus rei publice
præstiterit petat præmium, alter ab obsidē
one hostes repulit, alter hostium ciuitatiē
cæpit. Cōtendunt de præmio, hīc em̄ res ge
stae eorum cōparant, nummi ut in iudicio
septē iudices sedeāt, & eorum sentētia p̄ber
tur, q̄ plures dixerint reum tres iudices capi
te dānandum iudicauerūt, duo exilio, duo
absoluerunt, quærerit quorum prior sit sen
tētia, trium iudicū q̄ capite cōdemnarūt, an
quatuor qui nō capite cōdēnarūt. Duarūt
qualitatū cōparatio cum p̄sonæ simul et res
cōparant, ut est qui plus rei publice præstite
rit petit præmii. In ciuitatis seditōe orator
cōcordiā fecit in senatu suadendo, philoso
phus apud populū, cōtendunt de præmio
Hic em̄ p̄sonæ cōparant philosophi & ora
toris, et facta eorum qd' alter in senatu, alter
ad populum suaserit. Iurisdic̄ialis qualita
tis species distribuit i statum absolutum &
assumptiuū. Assumptiuū in cōcessionē cri
minis, remotionē criminis, relationē crimi
nis, & cōparationē criminis. Cōcessio por
ro criminis in binas species depræcatio
nē, & purgationē. Purgatio tres habet ptes

Fortunati imprudentia, casu, necessitudine. Fortuna
tianus quem aliquando sequitur addit errorē.
obligationē & ebrietate. At possunt ista sub
imprudentiae noīe intelligi. Considerant in isto
genere inquit Cicero. Qui arguunt se id se
cisse ipsum, in quo reprehēdunt, sed quoniam
iure se fecisse dicunt, iuris est oīs ratio nobis
explicāda, quod diuidit in duas partes, pri
mas naturā, atq; legē, ut verius q; generis ius
in diuinū & humanū est distributa, quorū
æquitatis est unū, alterū religionis. Atque
ratis aut ius est duplex, uis altera directa, &
ueri, & iusti. & ut dicit equi et boni ratione
defendit, altera ad uicissitudinē referēde gra
tiae pertinet, quod in beneficio gratia in ins
iuria punitio nominat, atq; hæc cōmunia
sunt nature, atq; legis, sed ppria legis, & ea
quæ scripta sūt, & ea quæ sine litteris, aut gē
xiū iure, aut maiorū more retinent. Scriptio
nū aut priuatū aliud est. Publicū aliud, pu
blicū, lex, senatus cōsultū, foedus priuatū, ta
bulæ, pactū, cōuentū, stipulatio, que aut scri
pta nō sūt, ea aut cōsuetudine, aut cōuentis
hoīum, & quasi cōsensu obtinent. atq; etiā
hoc iprimis, ut nostros mores leges q; iueas
mur, quodāmodo naturali iure prescriptū
est, hinc meditata nobis esse debetū, q; dis
ceda erūt in orationibus de natura, de legib⁹
de more

de more maiorū, de ppulsanda iniuria, de
ulciscenda, de omni parte iuris, si imprudē-
ter, aut necessitate, aut casu, quidpiā fecerit,
quod non cōcederetur ijs qui sua sponte et
uoluntate fecissent, ad eius facti deprecatio-
nē ignoscendi petenda uenia est, quae sumē-
tur ex plērilq; locis æquitatis, expositi sū
status seu controuersiae rationales sequun-
tur legitimi.

De statibus legitimis.

Legitimi autem status dicuntur qui in scri-
pro questio[n]es habent non in legib[us] mo-
do, sed etiam in testamētis, pactis, stipula-
tionib[us] & deniq[ue] omni scripto. Legitimi
status species sunt de cōtrarijs legib[us], des-
criptio & sententia, syllogismus qui ratio[n]e
cinatiu[s], aut collectiu[s] dici[et] finitiu[s]. am-
biguu[s], lex certe ois, aut tribuit, aut adimit
dū aut derogat, aut abrogat, aut punit. Pu[niendū]
niēdi aut generā octo tradunt, damnū, uin-
cula, uerbera, talio, ignominia, exiliu[s]. serui-
tu[s], mors, aut uetat, aut permittit. L[et]iē uero
habet, aut propter se ipsam, aut propter al-
terā. questio[n]e aut in scriptio aut in uolūtate

De legib[us] contrarijs

De legib[us] contrarijs cum in utraq[ue]
ambigitur, an utiq[ue] illa lege sit utendum.

Omnibus autem manifestum est nunq[ue]

B 5 esse

nunq̄ esse legem legi contrariam iure ipso.
quia si diuersum iussissent. alterum altero
abrogarei. sed casu & eventu collidunt. ut
tyrānicidæ imago in foro ponatur. Cōtra
mulieris imago in foro ne ponat. Mulier
tyrānum occidit. in quo queri solet. utrum
sit melius. atq; æquius qd̄ materia ipsa in-
dicabit. *Descripto & sententia*

Scripti & uoluntatis frequentissime inter
cōsultos iuris quæstio est. Id tum accidit cū
est in lege aliqua obscuritas. ut hic fur qua
druplum soluat. ita enim ius priscum fuit.
duo pariter surripuerunt decem milia. pē-
tuntur ab utroq; quadrâgena. illi postulat.
ut singuli uicena cōferant. & ex meretrice
natus ne contionei. que filium habebat. pē-
stare ccepit. Prohibetur adolescens contio-
ne. an prohibendus. quia ex hac natus que
meretrix est. licet tum non esset. cum hatus
est. & liberi parentes alât. aut uinciant huic
non alligabitur infans. & rursus peregrin⁹
si murum ascenderit capite puniatur. cum
hostes murum ascendissent. eos depulit. In
testamentis. ut apud Ciceronem in iudicio
Curiano legitur substitutus heres erat si po-
stumus ante tutelæ annos deceſſisset. nō est
natus. Propinquai bona sibi uendicabant.
At ea uoluntas fuſſe uidetur testat̄is. ut is
non

non nato filio hæres esset qui mortuo sed
non scripserat. De Syllogismo

Syllogismus est quotiens lex propria nō
est & simili utimur. Simile autem, aut mai-
us, aut par, aut minus habetq; aliquid simi-
le scripto & uoluntati, siue sententiæ, sed hoc
interessit, quia illic dicitur contra scriptum.
hic supra scriptum qd' multifarie fieri po-
test.

De Finitione

Finitio legalis cum petitio ex lege excess-
dens uerbis est diffiniēda, nempe cum uer-
bum in lege positum diffinitur, ut aiūt Aes-
diles. Qui mancipia uendunt, certiores faci-
ant, quid morbi uirijue cuiq; sit, hic tā mor-
bus, q; uitium diffiniēda sunt, ut quo pacto
dissent intelligatur, & cum dicitur. Si qua-
drupes pauperiem fecisse dicetur, actio ex le-
ge duodecim tabularum descendit, que lex
uoluit, aut dari id quod nocuit, id est id ani-
mal quod noxiā cōmisit, aut testimoniū
nem noxiæ offerre. hic quid sit facere pau-
periem diffiniendum est.

De Ambiguo

Ambiguum cum uerbum unum plura
significat, ideo innumerabilis eius sunt spe-
cies, quoniam uix ullum inuenias uer-
bum quod non plura significet, nec in
uno uerbo modo, id fieri potest, sed es-
tiam

Cicero

etiam in coniunctis, ut testamento quidam
iussit ponit statuam auream hastam tenentem, que
rit an statuam hastam tenes aurea esse debeat, an
hastam esse aurea in statua. Sunt qui translatio
bonae statu adiiciant. Quin etiam in rationali quo
que genere ponat hoc modo hominem occi
di iussus ab imperatore. At non actio hic transla
serit, sed causa facti quod in omni pene defensis
one accidit. Tria ergo illa tantum sunt genera
an sit, quod sit, & quale sit, & translatione tantum
accipimus legaliter, quoniam nulla translatio,
id est prescr. prius sine lege. Interest autem inter
prescriptionem, & translationem, quod prescriptio
excludit actionem, translatio autem differt, utrum
non est translatio statu, ut a quibusdam rectissi
mis rationibus est comprobatur, sicut ne qui
de deprecatione, quod testari ipse quocum Cicero
vix est pro L'gario contra Tuberone cum inquit.
Causas enim Cesar multas equidem tecum, dum
te in foro tenuit ratio honorum tuorum, certe
nunquam hoc modo ignoravite iudices errauit, lapidem
est, non putauit, si unquam post haec & reliqua. Ostendit
enim in foro agi non posse, nec tam status
nullus est quod in iudicium uenire non possit. At
ut summa contra hamus tres mihi omnino
videnti status facieendi generales, conjectura in
scriptio, & extra scriptum, finitio in scriptio &
extra scriptum, qualitas in scriptio & extra scri
ptum ac

ac si quis acutius singulos consideret, &
m̄nem prorsus summā eo conuerteret.

De ratione & iudicatione.

Post status cognitionem dicendum uis
detur quid ratio sit, ac iudicatio, & cōtinēs
tamēsi per se, tam aperta sunt, ut uix expo
sitione egeant, paucis ergo agendum duci
mus. Ratio est qua quod factum esse cōstat
defenditur, ut Milo Clodium occidit, hoc
controversia caret, dicit se iuste occidisse, sta
tus est qualitatis, quæstio an iuste occiderit
ratio quia insidiator Clodius. Iudicatio
quod crimen vocant, an fuerit occis
dendus, quia insidiator, vel an fuerit insidi
ator, uel hoc modo Orestes matrem occidit
hoc non habet cōtrouersiā, ait se recte occi
disse. Status qualitatis, quæstio an iuste occi
derit, ratio quia Clytemnestra Agameno
nem maritū suum patrem Orestis occidit,
iudicatio, an oportuerit, uel nocentem ma
trē occidit, at ex causa. serit causa quale est
occidit Agamēnōmen Clytemnestra, qā
ille filiā cōmunem inter ipsos immolaue
rat, & captiuā pellicem adducebat. Ore
stes rursus alterā afferat causam matris nes
cat, & quod responsis sit impulsus, ut quot
causæ sint faciendi, totidem sint iudicatio
nes, id est cōjecturalis ratio, & iudicatio, &
cōtinens

Ratio

Iudicatio

continens in eodem sunt.

Dē Continentisue firmamento

Continens siue firmamentum. quod greci synechion uocant. alij firmissimā argumē rationem defēsoris. et appositissimam adiu dicationem. Est autem continens. ut si uer illi Orestes dicere eiusmodi animum matris suae in patrem suum. in se ipsum. ac sōrores in regnum. in famam generis et familiæ. ut ab ea pœnas liberi potissimum petere debuerint. id qua de re agitur Cicero in topicis uocat. nec magnopere refert sit ne firmamentum. quod opponitur defensioni ab accusatore. an a reo. In causa itaq; coniecturali ubi quæstio ibidē ratio. firmamentum & iudicatio est. ac de iudiciali hęc satis iam ad deliberatiuum genus transeamus.

De genere deliberatiuo

Est inquit Cicero in deliberando finis utilitas ad quem omnia referuntur in consilio dando sententiaq; dicenda. At Quintilianus. Deliberatiuas quoq; miror inquit a quibusdam sola utilitate finitas. sed quos niam non ut uulgas utilitatē intelligit Cicero. ita nequidem Quintiliani aduersatur sententiae. quod ipse quoq; fatetur Quintilianus cum subiungit. Nec dubio quin n̄ siqui sunt in illa priori sententia secundum opinionem

Opinionem pulcherrimā, ne utile quidē, nī
si qđ honestum esset existimarent, & est hec
ratio uerissima si consilium contingat sem
per bonorę, atq; sapiētium. Primum ergo
inquit Cicero uidēdum inq̄t, aut possit fiz
eri, aut nō possit, & qđ necesse sit, aut nō ne
cessē, nā & siqd effici nō potest, deliberatio
tolli, q̄uis utile est, siqd necesse est. Necesse
autē id est, sine q̄ salui liberiuē esse nō possu
mus, id est reliq̄s & honestatiib⁹ inciuli ras
tiōe, & cōmodis anteponēdum. Cum autē
querit qđ fieri possit, uidēdum ēt est q̄ facile
possit, nā que p̄ difficultia sunt, p̄inde habēda
sēpe sunt, ac si effici nō possint, & cum de ne
cessitate attēdemus. etiā si aliqd nō necessas
rium uidebit, uidēdum tamen q̄ sit magnū
qd' em̄ per magni iterest, p̄ necessario sēpe
habet. Itaq; cum cōstet hoc gen⁹ causarę ex
suasiōe et dissuasiōe, suasori, pponit simplex
ratio, si & ita est, et fieri potest, siat dissuasori
duplex, si nō utile est, ne siat, altera si fieri nō
pot nec suscipiat, sic suasori utrūq; dicēdū
est, dissuasori si altery iſfirmat sat est. Quare
qm̄ in his uersat omne cōſilium duob⁹ de
utilitate ante dicam⁹, que i discernēdis bo
nis malisq; uersat. Bonorū aut̄ ptimnecessa
ria sunt ut uita pudicia, libertas, ut liberi, cō
uiges, ḡeri palotes, ptim nō necessaria qđ
alia sūt necessaria

necessaria, quorum alia sunt per se experien-
da, ut ea quae sunt sita in officiis, atq; uirtus
tibus, alia quod aliquid cōmodi efficiunt,
ut opes & copiae. Eorum autem quae pro-
pter se experient, partim honestare ipsa, pars
tim cōmoditate aliqua experuntur. Hones-
tate ea quae proficiscuntur ab his uirtutib⁹,
de quibus paulo ante est dictum, quae sunt
laudabilia ipsa per se. Cōmoditate autem
aliqua quae sūt in corporis. aut fortunę ho-
nis experenda, quorum alia sūt, quasi cum
honestate coniuncta, ut honor & gloria, as-
lia diuersa ut uires, forma, ualeſudo, nobilis-
tas, diuitiae, clientelæ. In his igitur atq; alijs,
de quibus mox uberrime cum bona sint
collocata, facile est intellectu quae sint con-
traria, quod si semper optime tenere possem⁹
haud sa ne, quoniam quidem ea perspicua
sunt, consilio multum egeremus, sed quo-
niam temporibus. quae uim habent maxia-
mam seruendum, per sepe euenit, ut utili-
tas cum honestate certet, ne aut opportuna
propter dignitatem, aut honesta propter utili-
tatem relinquantur. Ad hanc difficultatē
explicandam præcepta referamus, & que-
niam nō ad ueritatem solum, sed etiam ad
opiniones eorum qui audiunt accōmodā-
da est oratio. Hoc primum intelligamus
hominum

hominum duo esse genera. alterum indos-
etū & agreste. qd' antea erat sū utilitate hone-
stati. alterum expolitum. qd' reb⁹ oibus di-
gnitatē anteponat. itaq; huic gēeri laus. ho-
nor. gloria. fides. iustitia. oīscq; uirtus. Illi aus-
tem alteri quēstus. emolumentum fructusq;
pponitur. atq; etiam uoluptas. que est uir-
tuti maxime inimica. boniq; naturam falla-
citer imitando adulterat. quam immanissi-
mus quisq; acerrime sequitur. neq; solum
honestis rebus. sed etiā necessarijs antepo-
nit in suadendo. Cum ei generi hominum
cōsilium des sāpe sane laudanda est. illudq;
uidendum est q̄to magis homines mala su-
giant. q̄ sequantur bona. nam neq; tam ho-
nestatem expertunt. q̄ deuitant turpia igno-
miniam. infamiam. contumeliam. dedecus
quarum rerum dolor grauis est. Est genus
hominum ad honestatem natum. malo cul-
tu. prauisq; opinionibus non corruptum.
quare in cohortando. atq; suadendo pro-
positum quidem nobis erit illud. ut docea-
mus quā uī bona consequi. malacq; uitare
possimus. sed apud omnes bene institutos
plurimum de laude. & honestate dicemus.
maximeq; ea uirtutum genera tractabim⁹
quæ in cōmuni hominum utilitate tuenda
augendaq; uerstant. sin apud indoctos. im-

C imperitosq;

imperitosq; dicemus, fructus, emolumēta,
uoluptates, uitatiōesq; dolorum, p̄ferant, ad
dant etiā cōtumeliae. atq; ignominiae. atq;
hæc & similia ad utilitatem spectantia repe-
rientur. Itaq; iam de efficiendi ratione dica-
mus quo toto genere, quibuscum, & con-
tra quos, quo tempore, aut quo loco, aut
quibus facultatibus armorum, pecunij, so-
ciorum, earumue rerum quæ ad quamque
rem efficiendam pertinent possimus uti re-
quirendum est, necq; solum ea sunt quæ no-
bis suppetunt, sed etiam illa quæ aduersen-
tur uidenda, & si ex contentione procluio-
ra erunt nostra, non solum effici posse, quæ
persuademus erit persuadendum, sed curā-
dum etiam, ut illa facilia procluia, uitanda
esse videantur, dissuadentibus, aut utilitas
labefactanda est, aut efficiendi difficultates
efferendæ, necq; alijs ex præceptis, sed ijsdē
ex suasionis locis, uterq; uero ad augendū
exemplis utetur, aut recentibus quo notio-
ra sint, aut ueteribus, quo plus authoritatis
habeant. Ad commouendos autē animos
maxime profcient, si incitandi erunt eius-
modi sententiæ, quæ aut ad explendas cu-
piditates, aut ad odiū satiādū, aut ad uleſicē-
das iniurias pertinebūt. Valeat aut in cōsilijs
plurimū authoritas, nā & prudētissim⁹ esse
haberi q;

haberiq; optimus debet, qui sententiae suæ de utilibus, atq; honestis credere omnes ue-
lit. Tota autem oratio simplex et grauis, et
sententior ornatior esse q; uerbis debet ex-
ordio non utendum, ut in causis iudiciale-
bus quia conciliatus est, & attentus, & cur-
ibi sedeat nouit. Initium tamen aliquid esse
expedit, neq; eni abrupte incipiendo, quā
doquidem in omni materia aliquid est na-
turaliter primum, narrationem non exigit
priuata deliberatio, de qua dicenda senten-
tia est, cætera prudenti actori notiora erūt
q; ut pluribus explicare necesse sit, quare iā
ad demonstratiuum transeamus.

De genere demonstratiuo.

At laudandi uituperandi rationes iam
sunt nobis ostendend; quæ non solum ad
bene dicendū, sed etiā ad bene uiuēdū ualēt.
Omniū igitur eorū quæ sub laudē uitupe-
rationēq; uulgo cadere posse uidētur, duo
sunt genera. honorabile unum. alterum lau-
dabile. Honorabile, ut iudicium, consiliū
ingeniū, memoria, intelligētia, prudētia, &
quæ ex ijs sunt artes oēs. atq; sciētiae. Lauda-
bile porro, iustitia, tēperantia, fortitudo, ac
reliquæ uirtutes. Omnia quippe laudanda
quæ cū uirtute sunt, & quæ cum uitijis ui-
tuperāda, quāobrē finis alteri⁹ est honestas

Honorab.

Laudab.

alterius turpitudo. Conficitur autem hoc
genus dictonis narrandis exponendisq; fa-
ctis sine ullis argumentationib; ad animi
motus leniter tractandos, magisq; ad fidem
faciendam. ad confirmandum accōmoda-
te. Non enim dubia firmantur, sed ea quæ
certa, aut pro certis posita sunt augent, quā
obrem ex his quæ mox dicentur, et narra-
di, & augendi præcepta repetentur, et quo-
niam in his causis omnis ratio sere ad uo-
luptatem auditoris, & ad delectationem re-
fertur, utendum erit ijs in oratione, & sin-
gulorum uerborum insignibus quæ plus
rimum habent suavitatis item & factis uer-
bis, aut uetustis, aut trāslatis frequenter uta-
mur, & in ipsa cōstructione uerborum, aut
paria paribus, & similia similibus sēpe res-
ferantur, ut contraria, ut geminata, ut nu-
merosa, nō ad similitudinem uersuum, sed
ad explendum aurium sensum, de quibus
ubi de elocutione rhetorices quinq; partis
bus una dicemus, adhibendaq; frequentis
us etiam illa ornamenta rerum, siue quæ ad
mirabilia, siue non opinata, siue significata
monstris, prodigijs, oraculis, siue quæ uide-
buntur ei, de quo agemus accidisse diuina
atq; fatalia. Omnis enim expectatio eius q.
audit, & admiratio, & improvisi exitus ha-
bent

habent aliquam audiēdo uoluptatem, sed
quoniam tribus in generibus bona mala-
ue uerstantur, externis, corporis, & animi.
Prima sunt externa quæ dicuntur a genere
quo breuiter modiceq; laudato, aut si erit
infame prætermisso, uel si humile præterito
uel ad augendum eius, quem laudes, glori-
am tractato. dein si res patiatur de fortunis
erit facultatibus dicendum. Postea de cor-
poris bonis, in quibus quod quasi uirtutē
maxime significat facillime forma laudat.
deinde est ad facta ueniēdum, quorum col-
locatio triplex est. aut enim temporum ser-
uandus ordo, aut imprimis recentissimū
quodq; dicendum, aut multa & uaria facta
impropria uirtutum genera sunt dirigēda.
Sed hic locus uirtutum, atq; uitiorum la-
tissime patens ex multis & uarijs disputati-
onibus, nunc in quandam angustiā & bre-
uitatem concluditur, que uis tota uirtutis
ex iam dictis, & que mox in morali dicen-
tur philosophia late patiere potuerit, uitia
vero, uel potius horum contraria etiam ta-
centibus nobis satis sunt cognita. Proinde
omnis uis laudandi uituperādīcē ex ihs sus-
metur uirtutum uitiorumq; partibus, sed
in toto, quasi contextu orationis hæc erūt
illustranda, maxime quemadmodū quisq;

C 3 generatus,

generatus quemadmodum educatus, quæ admodum institutus, moratusq; fuerit, & si quid cui magnum et incredibile cōtigerit maximeq; si id diuinit⁹ accidisse uideri potuerit, cum quod quisq; senserit, dixerit, gesserit, ad ea quæ proposita sunt, uirtutum genera accommodabuntur. Ex illis quidem inueniendi locis causæ rerum & euentus et consequentia regrentur, neq; uero mors eorum, quorum uita laudabitur, silentio præteriri debebit. Si modo quid erit animaduertendum, aut in ipso genere mortis, aut in eis rebus quæ post mortem erunt consecutæ. Illud tamen perpetuo tenēdum, animi semper laudem ueram quam per etatis gradus gestarumq; rerum ordinem sequi speciosius erit, ut in primis annis laudetur indeoles, tum disciplinæ, post id factorum dictorumq; context⁹ ac de inuentione quidem rhetorices parte simulque de uī potentissima in tris diducta species, quæ causarum genera dicūtur, haec dixisse satis sit, nunc paucis dispositionis quoq; naturam aperiamus.

De dispositione.

Disposio binas habet species naturalē unam, alterā artificialē, frustra in hac parte admonendum

admoendum quemquam dicimus, quo pacto rora digerenda materies uideatur, quā doquidem res ipsa quo pacto disponenda sit, latis per se se admonebit. Proinde ut uariæ sunt cause, generacq; earum diuersa, ita uarij ac multiplices disponēdi erūt mos di, neq; enim hic tam doctrina, q̄ prudētia desideratur, que si defuerit actori nō uideo etiam quid p̄cepta conserre possint, sin se se proferet satis quid deceat, & prolutur sit p̄ se se uidebit orator, deniq; si quid modo de ipsa discendum uideatur, mox in se, quēti libro, ubi de instrumento loquemur rhetorices disputabimus. Ad memoriam ergo transeamus.

De memoria.

Memoria est custos tenax eorum, quæ legimus, aut audiūmus, ea ualeat mentis intētione, ut quæ dicimus uidere nobis uideamur, ac dicendo alia prouidemus, cūq; sint bina p̄cipua animo insidentia genera.

Vnum quod uoluntarium dicimus, unde omnes morales uirtutes, temperantia, forsitudo, iustitia, et reliquæ consimiles. Alter est, quod non uoluntarium quodq; ueritatis nomine philosophi solent appellare, unde docilitas, & memoria, uno fere ingenuij nomine a multis nominantur. hasq;

C 4 qui

qui habent uirtutes, ingeniosos uocant.
Memoria Duabus igitur rationibus memoria obtinetur natura & arte. Natura quidē ut multa excellunt, ita memoria. Ab arte tamē nō paucas sumit uires ad quam obtinendam continentia plurimum confert cibi, potus & ueneris, uiniq; quia id frequentius potus abstinentia meri. humidarumq; frugū omnē genus. Assuescere præterea a puero memoria multa complecti Memoriam porro custodiunt, cōpositio, diuisio, ordo, & que noctu, q; quæ interdiu discuntur, memorie facilius hærent, solent & extrinsecus peti te media, ut medicamina de his in medicina diximus. Locis quoq; et imaginib; memoria custodire, ut in eis non sensus modo, sed etiam uerba collotentur, uulgo multa tradita præcepta sunt, sed ostentationi ut dicam quod sentio magis congruent loci & imagines, q; disciplinæ, ac de memoria hæc dicenda putauimus, nec enim instituti nostri putamus eam, pluribus prosequi sequentem iocum paucissimis pronuntiationis oni dabimus.

De pronuntiatione.

Pronuntiatio siue actio, que oratoris pars

pars potentissima a Demosthenē existimat. Demosthēna est, ut quidam dixerit quadrifariam diuisi-
tur in uocem, uultum, gestum, & cultum
seu corporis habitum, quae omnia tam na-
tura q̄ arte constant. Praeter id modo quod
postremo loco positum est. Tolum si quis
dem in iudicio eius est qui agit, & ad præ-
sentem qua de agitur materiam relatum,
orationicq; que rhetorices instrumentum
est accommodatur, itaq; non absurde ipsam
Cicero quandam corporis uocat eloquen-
tiam, quod miram quandam in orationis
bus uim habeat, ac potestatem, ita siquidē
quisq; ut audit mouetur, necq; probatio ul-
la que modo ab oratore uenit, tam firma
est, ut nō vires suas amittat nisi actione ad-
iuuetur. Affectus quoq; omnis oblagues-
cat necesse est nisi uoce, uultu, ac totius cor-
poris habitu actor inardescat. Feliciores
autem si quem uelimus auditor ignē conce-
perit. Resert ergo plurimum cuiusmodi
naturam habeas, dein quomodo ea utaris
uocem si minus probatam natura dedes-
rit, arte oportet adiuuare hanc firmatuen-
tis abstinentia, facilis ciborum concoctio,
ac omnino frugalitas, fauces suis sunt mols-
liendæ leniendæq; medicaminibus, procu-
randumq; ne ea tam mollis & tenera sit q̄

C 5 firma

firma, ac durabilis, ut suauiloquentia laude
mur, ne latrare potius q̄ agere videamur,
neq; rhetoris potiusq; grammatici officium
esse arbitramur, admonere ubi sermo suspe
dendus, & quasi figenda uarie sint interpu
cta, quare hæc a grammatica petenda sunt
neq; item facile dixeris quot sint uocū in
flexiones, quod cum sit mentis index, & in
star exemplaris, totidē habere debeat quot
illa mutationes, summissam tamen, & quasi
uerecundam uocem exordia desiderant, ar
dentem reprehensio, ut uero affectus mouē
di desiderabūt conclusio. In lātis rebus, ple
na, hilarisq; sit, in ira, atrox, & aspera, respis
ratione c̄p̄ crebra. In facienda inuidia, lētior,
ad eam siquidem descendunt inferiores. In
blandiendo, fatendo, satisfaciendo, rogādo
lenis & summissa suadētum, & monentū
& pollicentium, et consolantium grauis in
metu, & uerecundia contracta, adhortatio
nibus fortis, disputationibus teres, misera
tione flexa, & consulto quasi obscurior in
egressionibus sufa, & securæ claritatis. In
expositione, ac sermonibus recta interc̄p̄ az
cutum & grauem media sonum. Membro
rum porro motus, ac decor uocis uarieta
tem, ac sententiarum tenorem sequetur, a
capite ad imos usq; pedes, ne quod plerisq;
contigit

contigit ridiculi habeamur, atq; exploda-
mur uelut Curioni patri euenisſe. Cicero
memorat qui ſaepē irriſus, & aliquando e-
tiam a contione deſtitutus eſt. Ideo nō ma-
le Demoſthenes grande intuens ſpeculum
componere ſolebat actionem. Præcipuum
tamen ſicut in corpore, ita in actione caput
eſt. Motus autem omnes rectilinei cōueniēt
Septimus uero qui in ſe redit orbis alienus
manus brachijq; motus decorus, ubi arce-
re, abominariq; uelle uideamur. contra ubi
recipere, ac polliceri uolumus, pedis quoq;
ſuppolio probatur. ac cetera id genus que
prudenti uiro neutiq; fuerit difficile iudica-
re, & perinde actioni plura adiicienda non
eſſe mihi hoc tempore ceneſo, ut hui⁹ libri
quintæ rhetorices parti nempe elocutioni
iam ſim reliqua cōmiſſurus.

De elocutione.

Inueniſſe acute quicq; iure mirum in mo-
dum pbari ſolet, at niſi que inueniēris acri
iudicio diſponas, parum admodum inuen-
iſſe profuerit, ad que niſi tenax acceſſerit
memoria, pereant illa necelle eſt, ac niſi pro-
nuntiatione cuncta adiuuentur, uis reliqua
omnis iacturam maximam facere uides-
bitur, deniq; niſi cuncta illuſtrans elo-
cutio

elocutio affuerit barbara rusticanaq; cūcta
esse videbuntur ab ingenuis liberisq; aliena
esse viris. Inde namq; non eloquentiae
nomen adepta est, de qua sane parte, ideo
paulo huberius mihi dicendum esse cēso,
quod Ciceronē quoq; factitasse uideo, qd'
reliquæ prudentia fere possint obtineri, hec
una que diuinum uideri facit oratorē ciz
tra doctrinam eruditionemq; ac multā ob
seruationem obtineri non posse uideatur.
Omnis itaq; elocutio ut Dionysius inquit
Halicarnaseus perpenditur in litteris, in syl
labis, in dictionibus & dictionū compo
sitione, horum enim omnium esse aliquid
lene, aliquid asperum, aliquid medium, ali
quid humile, aliquid sublime docet. Deme
trius vero Phaleri⁹ satis ducit, si dictionū
custodiatur compositio. A uerbōz enī cō
positione, elocutionis uitia, & uitutes con
iectari, atq; animaduerti, ac Dionysij sentē
tiā securus est Quintilianus. Nos autem
ad tam tenuem curam hoc præsertim tem
pore descendendum nō existimantes, quā
dō cuiuslibet artis humilia quæq; consecuta
da nō existimamus, a dicendi genere sume
mus exordiū, eoq; magis quod ex eis quæ
in ipsa grammatica diximus plurima eius
modi colligi possunt. Dicendi itaq; genus
Phalerei

Phalerei Demetrii sententia unum aridum
nuncupatur, ut Hippocratis multa ita illud
Vita breuis, ars uero longa, occasio uelox
experimentum fallax. Iudicium uero diffi-
cile, quod sane genus elocutionis ueris ex
primendis sensibus adhiberi potest. Aliud
genus est quod graue uocat, in quo breui-
loquium putat excellere, uelut inquit Lace-
demonij Philippo Dionysius in Corinth.
Multo siquidem grauius dictum uidetur,
tam breuiter, q̄ si id ipsum longius explicā-
do dixissent, cum Dionysius olim magnus
esset tyrannus, quemadmodum tu, nunc
eiectus priuatus agit Corinθi, nam quod
pluribus enuntiatur, uix mouet affectum,
quia narrationi simile est, aut docentis ser-
moni, non terrenti, & perin de longitudine
orationis uæhementia. concitatio q̄ & rei
magnitudo dissoluitur. Multū ergo refert,
cæsimne an membratim loquare, sicut etiā
quibus utare ambitibus quas periodos gre-
ci uocant. Periodorum idem author tria
facit genera, historicum unum, disputato-
rium alterum, tertium uero rhetoricum, ut
sit historicum non latissime effusum, necq;
remissum, sed inter utrumq; medium. Dis-
putatorium quod remissum, simpliciusq;
rhetorico, uixq; periodus apparens. Retho-
ricum

Rhetoricum porro inter historicum, & dis-
sputatorium medium, nempe ut modo ad
historicum modo ad disputatorium pro-
pius accedat. Genus aliud dicendi frigidum
Frigidum uocat quod magnifico opponit, id sit, cum
appellatur rei exiguae uerborum tumor accommodat,
aut contra, ut Pretextam in cista mures ro-
sere camili. e contrario illud speciosum sae-
pe exiguus mus, & Parturient montes na-
cetur ridiculus mus. Sit autem frigidum
ut magnificum, modis ut censet ille tribus
sententia, dictione, & compositione, in dis-
tione multis modis committi posse putat, et
frigidum dici quicquid iactabundum, aut
circa rei expressionem, ut tamen figuræ, de
Varium. quibus ubi de grammaticæ tertia parte dis-
similis, siuum obtineant locum, Aliud elo-
cationis genus est quod uarium uocat, id
gratias sermonis præstare, gratiarum alias
esse reverentia aspectabiles, ut heroicas, alias
suauiores urbanioresq;. ut sere sunt co-
micorum. alias porro sensibus, alias elocu-
tionibus gratias contineri, omnia hæc per-
sicere uerborum proprietatem, decorem,
uenustatem, lenitatem, asperitatem, tumo-
Cacozel. rem, aptam compaginem. Genus aliud est quod
cacozelon nominatur, quod sicut frigidum
oppositum est magnifico, ita ipsum uario-
rem, iudicij

iudicij prauitate a recto deuiās, sicut si-
pra dicta modis tribus. Est genus quod hy-
pocriticum uocant nempe aliquem exprim-
mens affectum, sicut affectu carens an hypo-
criton appellat. Aliud genus enargian dis-
cunt, nos perspicuitatem, aut evidētiā no-
minamus, ubi uis copiacē uerborum nihil
omitit necessarium, nihil amputat, sed oīa
commode ad rem aperiendam proferūtur.
Est tamen uidere ubi evidentiae causa idem
uerbum. uel eadem repetitur oratio. Est
autem uirtus cum sensum adiuuat, sicut ui-
tium cum supereſt, aliud genus probabile.
Id duabus rationibus consideratur in aptō
& consueto. Omne siquidem obscurum et
insuetum non probabile est. Dictionē itaq;
in genere probabili fugere expedīt redun-
dātem, et turgentem Cōpositionem quoq;
esse huiusmodi censem. ut sit stabilis, nec
fere numerosa. Aliud gen⁹ leue, siue planū
appellatur cum fluit oratio. Ultimū gen⁹
a charis character, cū turpia, cū nefanda. cū
abominanda est oratio. Diuiditur autem
ut quibusdam clarissimis uisum authorib⁹
elocutio in uerborum delectum, copiam,
ordinem, amplificationem, imminutionē,
figuras, & numeros.

De uerborum delectu.

Delectus

Hypocriti

Enargia

Defectus uerborum est mala uitando,
& bona sententijs accōmodando, mala sūt
barbara, uulgaria, aliena, gentilia, obscura,
bona uero latina, splendida, propria, antis
qua, noua.

Quæ barbara.

Barbara dicimus latināte, aut quæ a grā
maticis abhorrent regulis, latina non sunt,
licet uideantur, ut non scio pro nescio, ut
Cicero inquit per deriuationem, ut cū di
catur ab oue & sue ouile & suile, sic a boue
bouile Varronis testimonio non dicitur.

De uulgaribus.

Vulgaria sunt, quæ non sunt oratori ac
ēomodata, uel omnino rei qua de agit, ubi
ufus peruersus sine iudicio ad dicēdum ac
cesserit, nam qui prisca nouis, et poetica uul
garibus, & comp̄tissima, ac splendidissima
inornatis, quo imperiti & vulgares utūtūr
modo humilibus ammiserit, uel prout cu
iuslibet utit, ut Augustus p̄ stulto baceolū
aut pullū pullaceū dixit, pro cerito uacero
sum, & uapide habet pro male, & bitirare
pro languere.

De gentilibus.

Gentilia

Gentilia sunt proprie quarūdam gentiū
quæ cum acri usurpantur iudicio, recepta
sunt, nec ratione illa possunt improbari.
Nam & Cicero sardo, et Persius Hispano
si tradent credimus Quintiliano, usus est
uerbo mastrugam cāthum q̄d dixere, ac plu
rima inq̄t gallice ualuerūt, ut rheda, ac pe
torritum. id Varro quoq; cum dixisset gal
licum esse uerbum. Lanceam quoq; adies
cit non latinum, sed Hispanicum esse uer
bum, alioqui repudianda sunt cum inquā
magnos non habent assertores, quibus fas
cundiz concessa est authoritas.

De obscuris,

Obscura dicuntur quæ aut nimis prisca
ut uix a paucissimis & eruditissimis intelligā
tur ut topē procito, & antigerio pro ualde
& tuburcinari pro raptim comesse, aut cō
positione dura, ut incuruiceruicum pecus,
aut nouatione insolentia, quale illud, Sisen
næ sputatilica, quod Rusius ita risu excepit
circumuenior iudices nisi subuenitis. Sisen
na quid dicas nescio, metuo insidias sputa
tilica, quid est hoc? sputa quid sit scio, tilica
nescio, ubi maxim i risu putabat eñ Sisen
recte loq; esse iusitate loq; aut ambigua que

D &

& ipsa plerumqe obscura sunt.
De latinis.

Latina sunt, aut quæ analogia ratioque defendit, aut illorum usus quibus dicendi concessa est authoritas, omne siquidem uerbum, aut ratione, aut uetustate, aut autho*s* ritate defenditur.

De splendidis.

Splendida quæ natura suapte sunt nitida, & quæ copulata facilius claritatem suam ostendunt.

De proprietate.

Propria sunt quibus ad id cui ipsa accōmodamus nihil inueniri possit significantius, ut cum Virgilius, deductū carmē Horatius durū Hannibalē, & acrē tibiam dicit.

De antiquis.

Antiqua ita quidem a uelustate repetita, ut non sint absurda, ac nimium aspera, per ipsamqe sparsa orationem maiestatem & uelustatis afferant religionem, quod & authoritatem antiquitatis habeant, et nouitati similem gratiam parent.

De

De nouatis.

Nouata sunt, quæ ipsi inuenimus, nam
ut inquit Cicero. Si Zenonis licuit cū rem
aliquam inuenisset in usitatam, in audituq;
et rei nomen imponere, cur non liceat Ca-
roni, nec tamen exprimi uerbum e uerbo
necessitatem erit, ut interpres indisserti solent, cū
sicut uerbum, quod idem declareret magis usi-
tatum, equidem soleo etiam pro uno græ-
co si aliter non possum, idem pluribus uer-
bis exponere, & tamen puto concedi nos-
bis oportere, ut græco uerbo utamur, si qn-
do minus occurret latinum, nec hoc ephip-
pius, & acracophoris potiusq; proegmenis
& apoproegmenis conceditur, q;q hæc qz-
dem preposita recte & reiecta dicere licebit
atq; hæc quidem ita Cicero. Ut emur igit
his si forte necesse sit indicijs, monstrare re-
centibus abdita rerum. In primis uero no-
ua factaq; nuper habebunt uerba fidem, si
græco fonte cadant, & græcum sensum in
latinum convertendo, aut Notum, cum
callida uerbum reddiderit iunctura no-
uum, sicut cum dixit Cicero. Feras solis
uagas, & squamigerum pecus, ac barbiges-
rum. Lucretius. Et thuri cremas mactauit
ad aras. Virgilius. Aut p deriuationē, quæ

Lucreti.

D 2 tamen

tamen a latinitate, aut a regulis grammaticis non sint aliena, ut cornicaris Persius protulit. Quod ne periculosem uideatur aliquo munimus adminiculo, ut ita dicam ut sic loquar, miscite me dicere, ut ita dixi, ita intelligatur, ac id genus alia.

De Copia dicendi.

Copia dicendi est, quam parit clarorum authorum, multa in omni dicendi genere lectio, & iugis accurate scribendi stilus, quæ Cicero non iniuria eloquentiae uocat artificem, & deniq; crebra q; emendaissime sibi possit loquendi consuetudo, eaq; potissimum eloquendi, quæ minus obvia sunt, aut quæ minus apte exprimi posse videantur, quod sua non habeat uerba, siue ea ipsi procudamus, siue a græcis transferamus.

De ordine.

Ordo est, ut augeatur, non decrescat oratio, ne quem sacrilegum dixeris, furè etiam esse subiungas, ne quod in priore intelligitur subiectas, ut nō ancillam mulierem, sed mulierem ancillam dicas, idem de uerbis, ac cæteris partibus orationis, atq; adeo ipsa oratione intelligendum, ubi tamen id fuerit obseruandum, nam est, ubi non refert

non refert quid præponas sicut fratres ges
minos, & geminos fratres, nisi numerus
quem rhythmō uocant græci, alterū mas
gis probauerit. Item ut antep onamus ges
nera ḡ species, cōmūnia ḡ propria, remo
ta ḡ proxima, uerba ne nimis longe diffe
ramus, ut s̄epiū in conclusione uerbis q̄
nominib⁹ utamur, nisi & melius cadant
nomina, & maiorem uit⁹ habeant nouissim⁹
me collocata, ne deniq̄ numerosa sint oīa
ne simili structura s̄epissim⁹ me utamur.

De Amplificatione.

Amplificandi igitur uel minuendi pria
est in ipso rei nomine species, ut cum eum
qui sit cæsus, occisum eum qui sit impbus,
latronem, contraq; eum qui pulsavit atti
gisse, qui uulnerauit, lesisse dicim⁹, utriusq;
pariter exemplum est pro M. Cælio si uis
dua, libere, proterua, petulāter, diues, effuse
libidinosa meretricio more uiueret, adulter
rum ergo putarem⁹ si quis hanc paulo lis
berius salutasset, & impudicam meretricē
uocauit, & cum cui longior cum illa fuerit
usus liberius salutasse, hoc genus increscit,
ac sic manifestius, si ampliora uerba cū ipsi⁹
nominib⁹ pro quibus ea posituri sumus,
conferantur, ut Cicero in Verrem. Nō em
ure m, sed eruptorem, non adulterum, sed

D 3 expugnatorem

expugnato rem pudicitiae, non sacrilegum,
sed hostem sacrorum religionumq; , non
sacrum, sed crudelissimum carnificem ei-
uim sociorumq; in uestrum iudicium ad-
duximus. Quatuor igitur generibus con-
stare amplificatio inuenitur incremēto, cō-

Incremen. paratione, ratiocinatione congerie. Incre-
mentū est potentissimū cū magna uidenz
etia quę inferiora sunt. Id aut uno gradu
fit, aut pluribus, per id uenit nō mōad sum-
mū sed interī qdāmmō supra sūmū. Oibus
his sufficit, uel unū Ciceronis exemplum,
facinus est uincire ciuē romanū, scelus uer-
berare. Prope parricidium necare, quid di-
cam in crucem tollere? nam & si tantū uer-
beratus esset, uno gradu increuerat. Ponent
do autem id esse facinus quod erat inferioris,
& si tamen ociosus esset per plures gradus
ascenderat. Cum uero dixerit, prope parti-
cidium, necare supra, quod nihil est adiecit,
quid dicam in crucem tollere? ita cum id
quod maximum est occupasset necesse erat
in eo quod ultra est, uerba delicere, sit & as-
liter supra summum adiectio, ut apud Vir-
gilium. De lauso Q̄o pulchrior alter
non fuit. Excepto Laurentis corpore Tur-
ni. Summum est enim quo pulchrior
alter non fuit, huic deinde aliquid supra
positum

Virgilius

positum est. Tertius est modus, ut matrem
tuam cecidisti. quid dicam amplius, matre
tuam occidisti, & in Antonium Cicero in
cœtu uero populi romani, negotium po-
puli gerens magister equitum, ubi singula
habent incrementum, ut in cœtu uomere.
Verum ut haec amplificatio in superiora
tendit, ita quæ sit per comparationem in
crementum ex minoribus petit. Augendo
enim quod est infra necesse ē extollat, id qd'
supra positum est, ut idem atq; in eodē lo-
co, si hoc tibi inter coenam, & in illis immā-
nibus poculis tuis accidisset, qui non turpe
diceret. In cœtu uero populi, nec putet qd' q
hoc, qd' ē simile illi ex argumentis, loco quo
maiora ex minoribus colliguntur, idem es-
se illuc enim probatio petitur, hic amplifica-
tio. Argumenti autem loco, sicut an uero
uir amplissimus. P. Scipio pontifex maxi-
mus. Grachum mediocriter labefactati
statū reip. prijatus interfecit. Catilinam
orbem terræ cede, atq; incendio uastare cu-
pientē, nos cōsules perferemus, ubi singula
singulis respondet. Per ratiocinationē hūt
amplificationes, cum ad id quod extollī uos-
lumus ratio deducit, ut cū in Antoniū inquit
Cicero. Tu iſlis fauicib⁹ iſtis laterib⁹ ista gla-
diatoria tot⁹ corporis firmitate, ubi fauces et

latera ad ebrietatem minime sunt ociosa,
nam respicientes ad hæc possumus æstimare,
quantum ille uini in Hippæ nuptiis ex-
hauserit, quod ferre. & coquere non posset
illa corporis gladiatoria firmitate, ut quo-
niam ex alio aliud colligitur, non iniuria
ratiocinatiois nomen habuerit. ita cum in
quit Virgilius. Cauum conuersa cuspidi
montem. Impulit in latus, ac uenti uelut as-
gmine facto. Qua data porta ruunt, appa-
ret quanta sit futura tempestas. Amplifica-
tioni quoq; uerborum ac sententiarum idē
significantium congeries ascribitur, nam es-
tiam si non per gradus ascendant, quodam
tamen uelut aceruo alleuantur, ut quid em-
tuus ille Tubero districtus i acie pharsalica
gladius agebat: cuius latus mucro ille pete-
bat: quis sensus erat armorum tuorum, que
tua mens, oculi, manus, ardor animi, quid
cupiebas, quid optabas: hæc solet crescere
uerbis omnibus altius, atq; gltius insurge-
tibus, aderat ianitor carceris, carnifex præ-
toris, mors, terrorq; sociorum, & clivū Ro,
eadem est ratio minuendi, nam totidē sunt
ascendentibus gradus, ideoq; uno erimus
cōtentī exemplo Ciceronis, cū in oratione
Rutilij hæc dicit, pauci tamē qui proximi
astiterāt, nescio qd illū de lege agraria uolu-
isse dicere

dicere suspicabantur, quod si ad intellectū
referas, minutio est, si ad obscuritatem, incre-
mentum. Hyperbole quoq; species est am-
plificationis, at de ea in tropis cum de grā-
matica loquebamur dictum est.

*De figuris, seu dicendi
characteribus.*

Figura in duo genera distribuitur, tropū
& schemia, quae ambo quedam lumina sūt
eloquentiæ. At quoniam in omni scribens
di genere uersantur, iudicatq; de ipsis grā-
maticus, de grammatica locuti ea attigis-
mus. Verum sunt etiam aliae quae peculia-
riter oratoribus fere attribuuntur, ac etiam
poetis quas rhetores multi prodiderunt, ut
tam Cicero, q; Quintilianus putat numero
tres, quibus recte dicendi genera inter se di-
scernuntur. Vnum igit̄ figuræ huiusmodi
genus subtile nostri, ischnon uocant gr̄ci.
Alterum grande, arq; robustum quo d̄ ha-
dron illi tertium, alijs medium ex duobus,
alijs floridum, ut primum docendi. Secundū
admonendi, tertium uiroq; nomine deles-
tandi, siue aliud interconciliandi p̄fſtare
uideatur officium. hæc tria dicendi genera
in tribus suis ducibus, ostendit Homerus

D s Nam

Nam cum Menelai breuem iocunditatem
& propriam dedit orationem, & non erra-
re uerbis, & carere superuacuis, eius dicit es-
loquentiam uirtutes primi illius attingit
generis, tertij cum ex ore Nestoris dixit dul-
ciorem melle sermonem pfluere, qua certe
delectatione, nihil singi maius potest. Secū-
di gēeris uirtutes significauit ad summam
regressus, in Vlysse facundiam, & magnitu-
dine illum uicisse docet, cum eius orationē
nimbis hibernis similem uideri dicit, & eo
piam uerborum, atq; impetu parem tris-
buit, cum quo mortalis nemo conienderit
quidem, ut Diomedes. Quatuor faciunt ge-
nera, breue, longum, medium, & floridum
Longum ut sit longum, sicut apud Virgilium in de-
cimo de Camilla Pulsus ob inuidiam reg-
no, aut ueluti fecundus & tertius liber ha-
bent. Breue ut in quinto de Ganymede stri-
ctum narrat sic. Victori chlamide auram
quam plurima circum. Purpura Meandro
duplici Melibœa cucurrit. Mediū ut in pris-
mo. Huic cōiunct Sichæus erat. Est siquidē
castigata narratio, ut tamen nihil præter-
mittat. Floridum ut in septimo ubi amœ-
nitatē luci ac fluminis describit sic. Hunc
intersluvio Thyberin⁹ ameno. Verticib⁹
rapido⁹

Breue

Medium

Floridum

rapidus & multa flauus arena. In mare pro-
rumpit. At Demetrius phalereus ut iam me-
morauimus plures adhuc dicendi figuram
facit, ut subtilem, magnificam, facetam, gra-
uierit, ac reliquas ex his mixtas. Miscerit au-
tem inquit, non omnes cum omni, sed face-
ta quidem cum subtili, & magnifica, et gra-
uis pariter cum utraq; sola uero magnifica
ca cum subtili non ammisceretur. Cicero au-
tem summissus inquit est, & humiliis consue-
tudinem imitans ab indiscertis, re plusq; op-
nione differens, itaq; eum qui audiunt, quis
ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt
se posse dicere, nam orationis subtilitas imita-
bilis illa quidem uidetur existimanti, sed ni-
hil est experienti minus, & si enim non plu-
rimi sanguinis est, habeat tamen succum a
liquem oportet, ut etiam si illis maximis ui-
ribus careat, sit, ut ita dicam, integra ualetu-
dine. Primum igitur eum tanq; e vinculis
numerorum extimamus. Solutum quiddam
sit, nec vagum, tamen ut ingredi libere, non
ut licenter uideatur errare. Verba etiam
verbis quasi coagmentare negligat, ha-
bet enim ille tanq; hiatus concursu uoca-
lium molle quiddam, & quod indicet
non ingratam negligentiam de re ho-
minis, magisq; de verbis laborantis, sit
haec

hæc subtilis oratio incompta, & negligē-
tia quadam diligens, ita enim uenustior cū
non uenustas queritur. Calamifiri, et me-
dicamenta candoris et ruboris fucati repel-
lentur. At elegantia modo & munditia si-
ne cerusa & purpurisso remanebit. Sermo
purus erit & latinus, dilucide planeq; dice-
tur, quid deceat, quidq; oporteat circūspici
etur. Vnū aderit, quod quartum numerat
Theophrastus in oratiois laudibus orna-
mentum, illud suave & affluens, acute, cre-
bræq; sententiæ ponentur. & nescio unde
ex abdito erutæ, id in hoc oratore domina-
tur, uerecundus erit usus oratorie supelle-
ctilis & ornatus, ut creber improprjus ita a
factis, a priscis, a translatiis alienus, aut saltē
in faciendis non erit audax, & in transferen-
dis parcus & uerecundus, in priscis demissi
or, translatione qua frequentissime sermo
omnis utitur crebrior, ut siire agros, lertas,
esse segetes, luxuriosa frumenta, tropis &
schematis usum hic adhibet, quedam uero
fugienda, ut paria paribus relata, & similis-
ter conclusa eodemq; pacto cadentia, et im-
mutatione litteræ, quasi quæsiue uenustas-
tes, nec elaborata concinnitas, & quoddā
aucupium delectationis manifesto depræ-
hensum appareat, aberunt etiam quæcūq;
contentionem

contentionem clamoremq; poscent ,cæteris promiscue poterit uti uerbis q; usitatissimis, translationibus q; mollissimis huic generi orationis, aspergentur etiam sales, quo rum duo sunt genera, unum facetus, alterum dicacitatis, utetur utroq; sed facetus in narrando aliquid uenuste, dicacitate in iaciendo mitiendoq; ridiculo aliquo uenuste ne quid scurrile sit, neq; subobscoenum, ne inimicum, nec petulans, ne improbum, nec in calamitatem, ne inhumanum, nec in fascinus, ne odij locum risus occupet, deniq; ab alicuius persona, cuius auctoritate mos ueri debeat alienum, aduersarios tantum figet, nec eos semper. Aliud est genus huberius aliquantoq; q; humile robustius. Hoc in genere nerorum, uel minimum. Suavitatis autem uel plurimum. Est enim plenus q; hoc enucleatum, q; autem illud ornamentum copiosumq; summissius, huic omnia dicendi ornamenta conueniunt, plurimumq; est in hac orationis forma suavitatis e philosophorum scholis tales fere euadunt. estq; in eo quoddam insigne, & florens orationis pictum & expolitum genus, in quo oes uerbor; oes seretiarij illigantur lepores. Tertius ille ampli⁹ copiosus grauis ornatus in quo pfectio uis maxia est. hic est enim cuius ornatum

ornatum & copiam admiratæ gentes eloquentiam in ciuitatibus plurimum ualere possœ sunt. Huius igitur eloquentiæ est tractare animos huius omnimodo permoveare, haec modo perfringit, modo irrepit in se sus. inserit nouas opiniones, euellit insitas. sed multum interest, inter hoc dicendi genus & superiora, quod in illo subtili, & acuto elaborauit, ut callide arguteque diceret, nec quicq; altius hoc uno perfectio. Magnus orator est, si non maximus minimeq; in lubrico uersabitur, et si semel constituerit, nunq; cadet. Medius ille quem modicum & temperatum uoco, si modo suum illud satis instruxerit, non extimescit, anticipites dicendi incertosq; casus, etiā si quando minus succedit, ut saepè sit magnum, tamen periculum non adibit. Alter enim cadere non potest. At uero hic noster quem principem ponimus grauis, acer, ardens si ad hoc unum est natus, aut huic generi studet uni, nec suam copiam cum illis duobus generibus temperauit, maxime est contemnendus. Ille enim summissus, quod acute et ueteratorie dicit, sapiens, iam medius luanus. Hic autem copiosissimus, si nihil est aliud uix satis sensus uideri solet. Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite definiit

definite, distincte facere, dicere præsentim, cū
causæ partim totæ sint eo modo, partim a
liqua ex parte tractandæ, si is non præpas
ratis auribus inflammare tem cœpit, fures
re apud satos, et quasi inter sobrios baccha
ri uinolentus uidetur, ac ut hæc Cicero ita
duo inquit sunt, quæ bene tractata ab ora
tore admirabilem eloquentiā faciant, quo
rū. Alterū est, quod græci ethicon uocant
ad naturas, & ad mores, & ad omnem uitę
consuetudinem accommodatum, Alterū
quod h̄dem patheticon nominant, quop̄
turbantur animi, & concitantur id in quo
uno regnat oratio. Illud superius corne iu
cundum ad beniuolentiam conciliandam
paratum, hoc uxehemens, incensum, incita
tum, quo causæ eripiuntur, quod cum rapi
de fertur, sustineri nullo pacto potest, quo
genere inquit Cicero nos mediocres, aut
etiam multo minus, sed magno semper usi
impetu sœpe aduersarios de statu omni des
iecimus, talis quoq; est pro Ctesiphōte De
mosthenis oratio, id erit sane ethicū quod
arite omnia bonitate commendabitur,
non solum mite, ac placidum. sed ples
rumque blandum, & humanum, & au
dientibus amabile, atque iucundum. in
quo exprimendo, summa uirtus ea est,

ut

ut fluere omnia ex natura hominū rerūq; videantur, quo mores dicentis ex oratiōe perluceant, & quodammodo agnoscantur quod est inter coniunctas maxime psonas quotiens perferimus, ignoscimus, satis facimus, monemus procul ab ira, procul ab odio, personarum seruata conditione, item ueniam petere adolescentię, defendere amo res. ut Cicero pro Celio Nascitur maior ad concitandum odium affectus, cum nos ad uersarijs summittimus. Intelligitur namq; tacita impotentiæ reprobratio. namq; eos graues & intolerabiles, id ipsum demonstrat quod cedimus. At ignorant cupidi male dicendi, aut affectatores libertatis plus inuidiam, q; conuicium posse. Nam inuidia ad uersarios, conuicium nos inuisos facit cūq; leniter tractatur animi. ut Cicero pro Mūræna in Seruium Sulpicium, ac Catonem Deniq; hoc omne bonum, & comē uitrum poscit. quas uitutes, cum etiam in litigato re debeat orator, si fieri potest approbare, utiq; ipse, aut habeat, aut habere credatur, sic proderit plurimum caulis, quib⁹ patrocinabitur, quoniam ipse ex sua bonitate faciet fidem, quare ipsum etiam dicendi genus in hoc pacatum, mite, placidum esse debet, nihil superbum, nihil elatum, ac sublime

sublime desiderans . Iucunde autem atq; credibiliter dicere sat est . Ideoq; ei mediūs ille dicendi character maxime conuenit . Diuersum porro est huic quod Pathos dicitur , ut illud comœdiae , hoc tragœdiae sit , hæc pars circa iram , odium , metum , insuidiam , miserationē , fere tota uersat . Hac autē non modo , ut quæ sunt acerba , ac lusituosa indicantur , sed etiam sit , ut quæ tolleranda haberi solent , grauida uideātur , ut cum in maledicto plus iniuriae , q̄ in manu . In infamia plus pœnæ dicimus q̄ in morte , hæc est illa , que rebus indignis , asperis , inuidiosis , uim addit oratio , qua uirtute præter alias plurimū Demosthenis ualuit eloquens , hanc sequetur enargia , que a Cicerone euidentia nominatur , hæc non tam dicere uidetur , q̄ ostendere , & affectus non aliter , q̄ si rebus ipsis intersimus , cōmouere , huic parti aperiendę præcipue genus illud grandiloquū , magnificūq; congruet , ac de hac parte que figurās spectat , haec tenus dictum sit . Rem enim indicasse satis existimamus , quandoquidem apud Ciceronē exempla sūt innumerabilia , quæ imitatione sibi quiuis poterit depromere , iamq; de numero mihi dicendum esse video , ut oratori cōgruit , nam in uniuersum quæ referenda uideantur

E debantur

uidebantur satis ut opinor diximus.

De numeris oratorum.

Numerus est quem græci rhythmon ut iam sœpe diximus uocant. Numerosæ uero structuræ qualitas quam a ueteribus ac cipimus tripartita est, aut enim est rotunda idest uolubilis, sicut quæ in trochæos, pæanas primos & secundos, iambosq; conclusa ditur, aut est plana, idest procurrent, sicut quæ constat tertio & quarto pæanibus, aut Trochæis conclusa, aut Trochæo pæana tertium antecedente, aut grauis, idest stabiliis, ac resistens cuiusmodi in Spōdeos, Do chimos, uel Epitritos desinens. Numerum uero quatuor modis, si minus sponte occurrat possumus perficere, conuersiōe uerborum, adiectione, detractione, immutatione, at quoniam hæc paulo angusti⁹ dicta uideri possunt, non alienum esse arbitrör, quæ tam græci, q; latini cōplures de numeris memorię prodiderunt, ea unum in corpore redigere, & q; breuissime a me de tāta re fieri possit concludere. Itaq; cum in omnī locutionis corpore, totoq; ut ita dixerim orationis tractu numerum inueniri ne cesset sit, quippe quod neque loqui quisq; possit nisi e syllabis breuibus, aut longis, ex quibus pedes siunt. Illam dicimus numerose

numerose cadere orationem, quæ non pro
no uelut flumine decurrentis intersistat, sed
quæ finem suum habet, naturaliç distincta
intervallo, quæ proxime præteriere intuēdi
tempus dedit, dedit respirandi, ac refecit ani
mos, & quodam quasi uerborum modus
latu conclusa est, a quo sane modulatu, hoc
est diligentia pedum obseruatio ne, de quo
mox dicetur, solutus est sermo, soluta epis
tola, solutæ iuris consultorum edictiones,
ac philosophorum præcepta, cæteraque eius
modi, rametsi numeris plerumq; inambus
lare inueniantur, quod fieri necesse est, uel e
tiam obscurioribus incedant numeris, ac
historiæ, orationisq; illud genus, quod græ
ci epidicticon, nostri demonstratiuum uo
cant, imprimis expedit esse numerosa; dein
de in deliberatio, iudicialeç genere id ob
seruandum, aut certe apti. hi sunt numeri il
li occultiores, magisq; reconditi. Hoc autē
ideo, quod tam historica dictio, q; demon
strativa omnis ad uoluptatem proxime ad
poemata accedēs, circūscriptione ambituq;
& tanq; in orbe inclusa currat oratio, quoad
in singulis perfectis absolutisq; insistat sens
tentias. Idq; ideo securius. tutiusq; sit, quod
auditor lectorue sit futurus, qui non ueret
ne cōpositione oratiōis insidiosa sua fides

attentetur, quin & gratiam scriptori, orato-
riue habet, quod aurum seruierit uolup-
tati. In caeteris autem causis non uerborū
ambitu dicendum semper, sed s̄xpe mem-
bratim, cæsimq; ideoq; illa uerborū quasi
colligata concinnitas effugitur, qua si s̄per
utare cum satietatem affert, tum quod cū
id quale sit facile sentiatur, actionis ueritati
detrahit, & actoris fidem fuditus tollit, Ve-
rum quoniam adhibenda nonnunq; hæc
diximus, quonam ea in loco uidendum est
Cum igitur laudandum est aliquod ornatus
quoniam ea pars demonstrativi generis eē
uidetur, ut Ciceronis illud in Verrē, quod
est de laude Siciliæ, aut si exponenda narras-
tio sit que plus dignitatis q̄b doloris deside-
ret, quod ad historiæ grauitatem propriæ ac-
cedat, sicut Ciceronis in Verrem de Ceres
re, & Segestana, Diana, dec̄ Syracusarum
sitū, ambitu numeroſo cadant, puidēdum
est. In re quoq; amplificanda, dum sensus
omnis funditur numeroſe, etiam uolubilis-
ter fertur oratio. In totum igitur singulare,
ac unum aliquid modo prescribi non pos-
test, nam in exordio sicut iudicis animo ua-
riæ præparetur, ut in sequenti indicabitur
libro, cum miserabiles esse uolumus, cū mo-
desti, cum acres, cum graues, cū blanditijs
quoq;

quoq; flectere, cum ad diligentiam hortari,
ita cum diuersa omnium natura sit, dissimilis
quocq; componendi ratio desideratur.
Non enim similibus in exordio pro Milo
ne, pro Cluentio, p Ligario usus est Cice-
ro numeris narratio fere tardiores, atq; ut
ut sic dixerim modestiores pedes desiderat
quod cum docere, & infigere animis res
semper cupiat, ubi minime festinantibus
opus est, id aptius, & accommodatius rei sit,
tota constare narratio membris uidetur des-
bere longioribus, periodisq; breuioribus.
Argumenta uero acria & citata sint. Pedis
bus quoq; ad hanc naturam accommodatis
uten, epilogi sumissū, lentū, et min⁹ exclama-
mātem numerū fere exigūt, siqdē sicut fere
cōponendū, quomō pronuntiandū erit,
& cum rerum de quibus dicimus naturā
sequi numerum scriptor uelit eruditus, n
procm̄js plerumq; summissum esse oportet,
tamen in accusationibus iudex erit
concitandus, aut aliqua complendus indi-
gnatione. In narratione, plenos atq; expres-
sos nos esse expedit, ne aliquo incitati affe-
ctu (quod fidē tollat) dicere videamur, poti-
usq; uera loq; In argumentis citatos & uolus-
biles ēē cōuenit, ipoq; motu celeres. In locis
aut cōmunib⁹ & descriptib⁹ fusos ac

E 3 fluentes,

fluentes, idq; quod uoluptatis causa adhuc
beantur. In epilogis plerumq; ut iam dis-
cendum est deiectos, & infraectos, debent siqui-
dem sublimia ingredi, leuia duci, acria cur-
rere, & delicata fluere, atq; ubi urgeat neces-
sitatis hæc fuerint administranda. Expositū
est, quo in genere orationis, quibusq; in or-
ationis partibus, ac qualibus utendum sit
numeris, reliquum est, ut partium oratio-
nis continuos ne numeri locos occupent
ostendamus.

De ambitu numeroſo

Cum excellentes imprimis authores sru-
duerint ne flueret, uagaretur ac longius ex-
curreret oratio, eam distingui & interlisti-
re, modo cœlis, modo membris, modo ambi-
tibus, eademq; omnia numeris uincien-
da putauerunt. Primum quid sit, quod cae-
sum, quod membrum, quodq; ambitum
seu clausulam nominemus paucia referen-
dum est. Dein quo pacto uinciri numeris
intelligantur. Ambitus ille quem perio-
don græci, nostri clausulam, multisq; alijs
nominauere nominibus constat ut Cicero
inquit. Si plenus sit quatuor fere partibus,
que membra dicimus, ut & aures impleat
et ne breuior sit, neq; longior, q̄q; utrumq;
nonnunq;, uel potius ſæpe accidit, ut aue-
nitius

citius insistendum sit, aut longius procedē-
dum, ne breuitas defraudasse aures, ne uē
longitudo obtudisse uideat. Cum autem
sint periodon duo genera. Vnum simplex
quod longius prouehitur, atq; circumdu-
citur. Alterum quod membris, & incisis
constat. Primum est ut diuturni silentij pa-
tres conscripti, quo eram his temporibus
usus, non timore aliquo, sed partim dolo-
re, partim uerecundia finem hodiernus dis-
es attulit, qui ambitus clauditur ion ico a
maiore. Iambo & Dactylo. Alterū est sae-
pe breuissimum, quod incisis constat, uelut
illud Crassī, missos faciant patronos, ipsi p-
deant, quod nisi interuallo proferatur senz-
rius uidebitur iambicus. Melius autem p-
deant, ipsi etiam Cicerō dici arbitratur. In
eodem genere esse ambitus ille creditur, q
ex membris conficitur, aliquanto longior
q; qui ex cæsis. Breuior autem q; qui conti-
nuus fluit, ut est, cur clandestinis cōsilijs nos
oppugnat? cur de profugis nostris copias
cōparant contra nos: utrumq; membrum
spondeis clauditur, quod sit plerūq; Crass-
sus diceret. Licei in illo quod cæsis conseq-
etum est Amphimacro usus sit, & Sponde-
us Amphimacrum antecedat, nimirum
q; incision aut membratum efferentur, ea.

uel aptissime cadere debent. Incisim sicut
Ciceronis illud, domas tibi deerat, at habe-
bas, pecunia superabat at egebas quatuor
sunt incisa. Membratim ut rursum Cicero
incurristi amens in columnas In alienos in-
sanus insanisti. Duo sunt membra, deinde
& cæsa, & membra, tanq̄ crepidine quadā
cōprehensionem longiore sustinentur, ut
Ciceronis illud depresso, cæcam, iacente
domum plurisq; te, & q̄ fortunas tuas æstis
masti, qui ambitus duobus Trochæis iers
minatur. Cum superior ambitus ex mem-
bris spondeis conclusus geminis, qui autē
ex incisis ex spōdeo (nam ultima cōmuniſ
iam recepta syllaba est) præcedente Pyrrhis
chio. Incisim autē, & membratim tractat.
Oratio ubi uere aliquid dicere uideri uos-
lumus, cum aut arguimus, aut refellimus,
ut apud Ciceronem in Corneliana illud,
o callidos homines, o rem excogitatum, o
ingenia metuēda, circuitus tamen ille, quē
iam saepe diximus incitior numero ipso
fertur, & labitur, quo ad perueniat ad finē,
sed iam quos accipiant pedes, locos inciso-
rum clausularum ue dicendum, a ueterib⁹
nempe quæsitiū est Toto ne in ambitu uer-
borum numeri tenendum sint, an in pars
tibus primis, atq; extremis tantum. Sunt
qui

qui compræhensionem totam a capite ita
fluere pedibus continuis uelint, ut ad extre-
mum ueniens pedibus quoq; consistat, nec
id factu difficile ijs qui eruditii, instructi, ex-
ercitatiq; sint ad accurate dicendum. Cū
igitur in soluta oratione eadem prope faci-
amus, quę poetę tamen in oratiōe poema-
tis effugiendam esse similitudinem aiūt, ut
non tantum alijs atq; alijs struatur pedib⁹.
oratio, sed etiā, ut concen⁹ ille in extremis
seruetur dūmixat clausulis. Plæricq; cēsent
oporiere tantum cadere numeroſe, termis
naricq; sententiam. Cumq; aures extre-
mum semper expectet, in eoq; cōquiescat
Id uacare numero non oportere. Aristote-
li autem ac Ciceroni. Quintilianōq; placet
tam sententiæ initium, q̄ finem esse debere
numeroſum, quod statim a principio sens-
tentiae dictionis cōcinnitate multum affici-
amur, & ipsa conclusione, ne claudicans, ac
quasi fluctuans, sed æqualiter constanterq;
ingrediens fluat oratio. Quid propriè sit
numerus, quidq; differat a metro, supra in
poetica docuimus, sed aliquando numer⁹
etiam pro metro, ac uersu abusiuę accipit.

Verum oratorius numerus est, ut dixi: Numerus
mus cum principio fineq; numeroſo clau Oratori-
ditur sententia. Idq; ut Cicero inquit
E s in dicendo

In dicendo putatur numerosum, non quod totum constat e numeris, sed quod ad numeros proxime accedat, quo fit, ut etiam difficilis oratione utamur, quod uersibus, quodem quidem in illis certa quedam et definita lex est. quam sequi necesse sit. Incedo autem nihil est propositum, nisi ne aut immoderata, aut angusta, aut dissoluta, aut fluida sit oratio, quod totum in summa scribentis prudenter locatum est. Item si pedibus nec aperte coniunctis claudatur sententia, numerus non est, non minusque si unico claudatur pes, qui tres non supereret syllabas. Pes si quisdem erit non numerus. Poterit uero unus esse dichoreus, qui e duobus trochaeis constat. Attendendum igitur, quod quemadmodum qui audiunt, haec duo animaduenti & iucunda sibi censem, uerba dico & sententias, eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos. & praeteruolat numerus, ita si idem saepe reiteretur numerus, quod ab audientibus intelligatur, satiat. quandoquidem quod uoluptatis causa accersitum est, id non nimium, & frequens esse oportet, quando uoluptates commendat rarius usus uitiosum erit. Quod uitium ut uitetur. Sunt hi quidem inter se miscendi, & temperandi, sic minime animaduertetur delectationis

delectationis auctum, & quadratae orationis industria, uitiosus & ille numerus est cuius pedes apti, & quasi coagmentati non iunguntur, quod quale sit. Cum qui apte iunguntur dixerimus facile intelligetur. Itē per uitiosum est, si in orationis contextu in uersum incidamus, quāq; enim numeris & eiusdem poeticis componitur oratio, eam tam solutam et liberam esse oportere intellegamus, ne poema pāgere uelie uideamur. Licit itaq; nobis dimidiatos plērumq; uersus adhibere, integrōs fere non licet, ac tam principia, q; ultima uersū initio conueniunt orationis. Titus quidē Liuius ab Hexametri cœpit exordio, ut tradit Quintilius anus, facturus ne opere precium sim, idq; melius esse, q; quomodo emendatur. Cicero rota tam acris animaduersonis secus rurs, nisi consulto id fecerit aliquando uersū absoluīt, ut trimetrū in Pisonē. Proh dij immortales, qui hic mihi luxit dies, sic Sas lustius, nec min⁹ grēci, quin etiam ipse Pla to compositionis comp̄tū studiosissimus in Timō primo statū ista non uitauit. Initū enim hexametri iuenias, ubi inquit Εἰς δύο Ἰεράς οἱ δύο Τέλεταρος. Nec itaq; mirandum, si Isocrates qui primus in oratione post Thrasimachum numeros obseruauit

uauit in panathenaici principio trimetro
usus est iambico. Νεώτερος μὲν ὁν τριηχού
μὲν γράφαν τῷ λόγῳ τε. Ita alii plerūq; ut
quis hui⁹ rei studio⁹ annotarit. at iā pos.
tissimū dicendum, pbari soleant numeri.

Qui probati sint numeri.

Clausularum initia, ut apte incederent,
& earundem fines concinne clauderentur
non unico pede labi astringiq; ueteres uol
uerunt rhetores atq; oratores, sed alterum,
ac plerūq; utrobiq; tertium adiungi, ubi
paucarum sint pedes syllabarum. Plures
autem quo uersus similitudinem effugeret
esse prohibuerunt. Pedes igitur oratorius
numerus nullos respuit, quid ait Quintili
anus. Mirari se in hac opinione fuisse doctiſ
simos, ut alios pedes ita eligerent, alios das
narent, quasi ullus esset, quem non sit neceſ
se deprehendi. non ergo pedes, sed pedum
iuncturæ damnandæ eligendæq; sunt. Cū
uero iuncturæ sint innumerabiles cunctas
complecti qui possumus? At maxime pro
batas a summis authoribus referemus, ut
nos illud non fugiat, non tantum referre
qui pedes, sed etiam quæ uerba commissu
ra quadam claudant orationem, nam si in
extrema ambitus parte breuiora locaues
ris, infringitur illa quasi membrorum co
prehensio.

cōprehensio , quare aut paria syllabis esse
debent posteriora superioribus, aut ut Cis-
cero melius esse iucundiusq; putauit lōgī-
gora. Monosyllabon autem in fine ante-
cedenti iungi uidetur per synalcepham, ue-
luti auxilium est. Spondeus igitur ut à du-
rum syllabarum pedibus ordiamur¹, quo
Demosthenes plurimum usus est, moram
semper affert, ac illud generaliter tenēdum
est, quod qui pedes sunt temporibus pleni
ores longisq; syllabis constant, hoc sunt fa-
biliores, & grauiorem reddunt orationē.
Breues autem celerem, mobilemq; itaq; si
opus sit uelocitate tardum, & segnem adhi-
beas pedem, & ubi pondus exigitur præci-
pit, ac subsultantem structuram iure dā-
naueris. Spōdeus præcedēte se pyrrhichio
bñ sonat, ut Iuniani, uel trochæo, ut arma
sumpsi , & acta res est, uel iambo, ut manus
armat Hoc ideo quidā nō probant, quod
trimetri iambici finis esse uideatur. Ipse
autem sibi male spondeus præponi credi-
tur, ut oratores, nisi quod tam Pompeius
messalinus q; Cicero Idoneum putat cæsis
ac membris, ut crassi illud nos oppugnat.
Propterea quod paucitatem syllabarum
cum grauitate sua , & tarditate compen-
sat, nequidem Dactylum bene præponi.
Spondeo Cicero , ac Quintilianus exi-

existimat, quod finem uersus in clausulæ si-
ne damnauerint. Terentianus tamen hūc
numerum non respuit. hoc tale est contra
Cesaris arma. Si pars una orationis in fine
clausulæ Anapestum acceperit, & Trochæ-
um siue Spondeum propter communem
ultimā mollem, & quasi lubricam structu-
ram dabit, ut dominabatur, nā īdem su-
erint pedes, eademq; tempora, tamen ubi
diuersæ sint partes orationis, retēius, nescio
quo pacto spiritus, ac restitutus affert quā-
dam compositioni firmitatem, ut uideant
ipſi. At in una parte orationis propera
uerba, & continua spiritus celeritate labi ui-
dentur, ut populabundos. idem de tribas-
cho dicimus ut getere morem, & facilitas-
tes, temeritates. Spondeus recte iambo pre-
ponitur, ut doctus fui. se ipso iambo p̄ecur-
rente, ut bona fide, & cretico, ut prospera
fide. Atqui licet Aristoteles, Theophrastus
& Theodectes, Trochæum, & Pyrrhichium
respuant, quod ultimas lōgas esse syllabas
semper uelint, a Cicerone tamen non im-
probantur. Trochæus si se p̄æcedit, quin
& iuncturam facit, quam Cicerō maxime
secutus est, ut ab omnibus esse ei poenas p̄
solutas. Dictum enim saepius nihil ad rem
pertinere, extrema longa ne sit, an breuis.

& Gracchanum illud patris dictum sapienteritas filij comprobauit, quo Dicentes reo tantum clamorem concioni se excitatum esse Cicero scribit, ut esset admirabile, ordinem immutat, ut sit comprobauit filij temeritas, iam nihil Ciceronis erit sententia, & si temeritas quarto paeane constet, quia misstructuram, ut optimam probat Aristotes. Ies. Sunt etiam alii qui hanc non implicant. Trochaeus autem, Spondeus & iambus, ut Cicero putat male concludunt, quo modo struas. Rerum tamen tum ex Spondeis atque iambis maxime continetur, ut secundum mihi liquit Pelops. Pyrrhichius de currit, sed quantum celeritatis, tantum gravitatis admittit, quid igitur faciam. labus grassatur in carmine, quis hoc potest uideri? quis potest pati nisi impudicus, & uos rax, & aleo. In uniuersum autem si necesse sit alterutrum duram potius atque asperam compositionem, quam effeminatam, et enerue ac delumbem manuunt esse Quintilianus, ut neque longioribus quam oportet ut amur hyperbatis, neque ullum aptum, atque idoneum uerbum permuteamus lenitatis gratia, quando non erit ullum tam difficile, ut non comode inseri possit, quare modus habendus est, nam si nimis simus intollerabile uitium

vitium est, si nullus inerit numerus, utlā
sæpe diximus dissipata, & inculta, et fluitas
erit oratio. Dactylus qui Aristoteli amplis
or sicut humanior iambus uidetur, quem
tam Cicero, q̄ Quintilian⁹ heroum uocat
clausulam fortem reddit antecedente Trō⁹
chæo, cui Aristoteles Cordacis nomen de-
dit, ut iure fecimus. Cordax namq; genus
saltationis fuit. Pyrrhichio antecedente, ut
bene dicitur Spondeo caufas audiat, iuste
fecimus, iambo fide dicitur. dies attulit, &
tribrac hus quoq; Dactylum, bene præ-
cedit recole nomina . Anapæstus
repetes cætera. & Palimbacchius sepono
cætera, & Molossus, quærebatur dicere. Da
ctylum, Spondeum et Anapæstū, quoquo
modo struas ad continuandorū uerborū
principia satis decenter cadere Cicero arbi-
tratur, uelut L iuiatum illud diximus. factu-
rus ne opere precium sim. optime incipiā
longis, ut cū propter egregiam. aliquando
a breuibus, ut nouum crimen. C. Cesar, &
animaduerti iudices, sed pro Cluētio recte,
quod initium eius partitioni simile est, que
celeritate gaudet. Clausula quoq; elongis
firmissima a Quintiliano putat, sed cadet,
& in breues aliquando. Facit etiam tri-
brachus ad clausulam præcedente cretico,
ut si

ut si dicas de ceteris agite, de prælijs redeo,
de litteris dubito. Amphibrachus quoq; rechte ponitur in clausula, Spondeo sere antecedente, ludos habet, recte locutus. Trochæo iusta quærela. Hinc etiam illud Tullanum, & Pristinum morem requirunt, et neminem præponendum mihi esse actore putavi. Anapæstus etiam clausulis cōuenit sed ruens, atq; in rhythmi modum profluens est, & Pentametri finis, nam ubilibido dominatur, innocentiae leue præsidium est mollior siet, præcedente Spondeo, ut si mutes leue, innocentiae præsidium est. Eadem erit si Trochæum anteponas profluentis or, ut nomen erat imperij. Creticus antecedens eum paulo fortiore reddit, ut nobis homines, sicut ante Spondeum exultat ut de quo ego nihil dicam nisi depellendi criminis causa, & illud, quo usq; tandem abutere Catilina patientia nostra. Creticus ipse initij optimus. Quod præcatus a diis immortalibus sum, sed clausulas diligenter seruandas esse arbitramur, q; superiora, Quod in his maxime perfectio, atq; ab solutio iudicatur, nō ut uersus, cuius æque prima, & media, & extrema pars atteditur, qui debilitatur in quacunq; sit parte titubatum. In oratione autem pauci prima

F cernunt,

cernunt, postrema pleriq; quæ quoniam
apparent, et intelliguntur, uariada esse dixi-
mus, ne aut animorum iuditij, aut auriū
sauete repudientur. Duo aut & tres, ut
Cicero ait sunt sere extremi seruandi, & no-
tandi pedes, si modo non breuiora, & præ-
cisa erunt superiora, aut creticus, aut hero⁹,
aut pæan, quem probat Aristoteles. Horū
uicissitudines efficient, ut necq; n̄ satientur,
qui audient similitudinis fastidio, neue id.
nos dedita opera facere uideamur. Creticū
bene antecedet, uel Anapæstus, ut populo
conserunt, uel pæan ille qui fini aptior dicitur
est, placat, facilitas nobiles, uel epitritus ter-
tius seruare q; plurimos, uel Trochæus tur-
pe dicerent, hæc de trium syllabarum pedis
bus, de quibus non quasi legem inuiolabili-
tem dedimus, sed quod esset optimū ostens-
dimus, nunc sequuntur quatuor syllabarum
pedes.

*De ultimo quatuor syllabarum
pede cum cæteris numero so*

Pæana primum, & pæana quartum pro-
bat Aristoteles, cui a priori re quidem ordiri
placet, ut hæc uerba sunt definite, incipite,
comprimite, Posteriore autem finire, ut hæc
uerba, agilitas, facilitas, domuerant, quod
Cicero

Cicero tamen non probat inquiens. Quare etiam pœana qui dixit aptiorem, in quo esset longa postrema uidit parum. Quoniam nihil ad rem est, postrema ne longa sit, an breuis, quod videatur aliquid uacantis temporis, ex eo quod in sequitur, accedere. Aures tamen inquit Quintilianus. Consul lens meas intelligo multum referre, utrum ne longa sit, que claudit, an pro longa, nec enim tam plenum est dicere timere, q̄ times ri. Pœana igitur tertium, qui tertia longa, quater ferit bene acriterq; concludere oēs consentiunt, cui Cicero tribrachum anteponit sic facere videamur, aliquando iamsum, ut in Catilinam cum omnibus poti⁹ q̄ soli pati uoluerunt. Sæpissime autē Trochæum, ut pro Cluentio quantum difficultatis, & quantum laboris sit habitura, & in Oratore, Diu multūq; mecum Brute dubitauit, adeo ut Ciceroni hæc peculiaris suis structura prædicetur, esse videatur. Verum sicut iambus in eis que demissio, atq; humilio, uel grassati sermone dicuntur, frequentissimus est, ita pœan tertius in amplioribus, & in utroq; Dactylus. Proinde in uaria, & perpetua oratione, hi sunt inter se miscendi, ac temperandi, Dichoreo quoq; idem author frequenter utit, ut dicere maluerūt &

F 2 uisus est

est confiteri, & crimina detulerunt, & exers-
citū compararunt, & pro Ligario, aut le-
uium gr̄corum, aut immanium barbaro-
rum, & pro Milone contra amentiam per-
ditorum. Antispastum quoq; bene Dacty-
lus antecedit, ut uir optimus uideret, & Tro-
chœus, sua manu sororem intersectam esse
fateretur, nec minus eum pedem quem lo-
nicum a maiore nominamus. Optime pre-
currit tribrachus struitq; clausulam, ut Cis-
ceronis illud. Quorum igitur impunitas
Cæsar tuæ clæmentiæ laus est, eorum te ad
crudelitatem acuet oratio. aliquando Pyr-
rhichius fluit Oratio. Nōnunq; Trochœus
uestit Oratio, quibus Cicero usitit structu-
ris, sed & illa uerba, que quinque syllabis co-
stant, fluxiore strukturam faciunt, ut ar-
bitramini, interrogauerunt, desiderauerunt
omnium quinque syllabarum unicum Ci-
cero pedem Dochimūm cuius exemplum
ponit, amicos tenes quo quis loco aptum es-
se dicit, siue ambitum inchoet, siue conclu-
dat, dum semel ponatur, quod iteratus, aut
continuatus numerum apertum, et nimis
faciat insignem. His igitur tot commutati-
onibus, tamq; uarijs sic uenimur, ut orato-
ris plenā fluentēq; libero impetu facultatē
ijs sēper uinculis nō alligemus, nā uerborū
compositio

compositio, non ex labore anxiō ueniat ostendit, ne in metiendis pedibus, ac perpendit
dēdis syllabis quisq; cōuenescat, sed usu atq; exercitatione perpetua auribus quae uelut
arbitrē compositionis esse debent iudicet, quid strictum, quid effusum, quid hubertū
quid durum, quid effeminatum sit. Placerūq;
etiam nimiae artis opinio fugienda est, &
interponenda simplicitas rudis, atq; impe
ritiae dictionis, quod plerumq; acribus sen
tibus sit uis maior. Si naturaliter proferan
tur. Quod ipsum secisse Ciceronem facile
deprehendi potest. Cum ergo uniuersa es
loquentia sententijs & uerbis constet, perfis
ciendum est, ut doceamus acute, delectemus
quasi argute. Commoueamus grauiter,
uitiosumq; in sententia, si quid absurdum,
aut alienū, aut non acutum, aut subinsulsum
est. In uerbis si inquinatum, si abiectum, si
non aptum, si durum, si longe petitum, ut
danda opera sit, ut in uerbis quidem singu
lis emendate loquamur, quod est latine, ut
perspicue, ut ornata. Perspicua erunt si pro *Perspicua*
pria in proprijs lautissima eligam, Ornata
erunt si nouata non nimium licenter, si
prisca non e medijs eruia tenebris, si trans
flata, ut uerecunde utamur alienis. In cons
iunctis, ut ordo seruetur, ne iunctura hiet,

F 3 &

& quasi laborei oratio numerus, quem me
moraui⁹ adhibeāt. Quod rā ad cōiuncta
q̄ ad singula p̄tineat sonus et figurę, q̄ duo
maxime aures p̄mulcent. Verba igit̄ legēs
da potissimū bene sonātia, sed ea nō ut po
etæ exq̄lsita ad sonū, ueſz de medio ſūptia,
in quo delectuasperitatē fugiam⁹, ut tamē
ferēt ſentētiæ, ita ſeligemus, ne quicq̄ de in
dustria facere uideamur, ubi ueritatis pates
faciēdē fuerit locus potius q̄ oblectatiōis, ſi
guræ ne nimiū frequēties illę ponant, quas
in ipsa oſtēdimus grāmatica, nequidē etiā
affectant, hoc eſt ne frigidē ſint et otioſe, aut
petulātes, irrūpāt potius q̄ accerſit̄ accedāt.
Vitiosē ſiquidē ſunt queq; cōpoſitiōes, que
ad hoc iplū petunt, ut exultēt, ac laſciuiāt.
Oēs rhetoricae species, quomō tractādē
eſſent oſtēdimus, que partes quoq; ſint rhe
torices apuimus, reliquū iā eſt, ut de eiusdē
artis loquamur instrumēto, reſeramusque
quio pacto, tā species, q̄ partes rhetorices ip
ſi accōmodent̄ instrumēto, loquamurq; de
ijs dīcēdi ſcribēdiq; generibus, in qbus elo
quētię ſtudiū potissimū desiderat̄, poſtremo
quo mō iſta nobis poſſimus uēdicare doce
am⁹. Verū quoniā hui⁹ uoluminis ſatis ex
creuit ſūma. Hęc ſequēti cōcredemus libro.

T . E . A .

Θ.
GEORGIVS

GEORGIVS VALLA DE IN
STRUMENTO RHETO
rices Liber Secundus.



RATIO IGI
tur, tam rhetorices
quam oratoris ins
trumentum, unde
nomen oratoris &
ipia uiru na^cia est
eloquentia, autho
ritatemq^e in ciuitatib^z
adepta est am
plissimam, partes habet quatuor, ut ipse de

mum Cicero sua non aliena prodidit sens
tentia. Primā principiū, secundā narratio
nē, tertiā cōfirmationē, quartā cōclusionē.
Quarū prima & postrema artificiosissimæ
ad motum animi gignendum potissimum
ualent. Inuenta igitur rhetorices specie ius
dicali, aut deliberativa, aut demonstrativa,
tum quæ cōfirmando, quæq^e refellenda
sint, indagandum in causæ ipsius statu, pa
riterq^e digerenda in quem poscunt ordinē
omnia, & qualē narrationem cons
ueniat. inde quali utendum sit principio,
atque conclusione cogitandum, neque

F 4 enim

neq; enim ut primū in ordine aliquid oē currit, ita etiam id primo prouidendū nobis est, nam de causæ ipsius uisceribus edendum caput est orationis, quod principiū nominamus. Inde postremo ut mouēs dus uideatur auditor, siue concitandus, siue paccādus sit, dicendumq; ut natura postularit auditorum, quæ ut assequamur ac commodata adhibebit̄ur singulis partib; de qua iam dictum est elocutio, cuncta tēnaci complectenda memoria. Dein sua aſſiōne omnia efferenda. Proinde cum illa cuiusmodi esse conueniat, ostenderimus. Primo de principio, mox de reliquis hinc partibus dicere ordiemur.

De principio.

Principium quod græce prohœmium nominatur, siue ab itineris primo ingressu siue a præminentibus, anteq; cantionem aliis quam ordiantur, sumpta translatione, qui bus uerbi etymologia non cedit latinus sermo, ab ordine enim factum ordior uerbū quod texendi explicat nobis initium, inde factum exordior, quod est extra ordinem rei explicandę, uerba facio ad fauorem audiētum aliquem promerendum, duas proprie-

propter eam quam obtinent differentiam
species præ se ferre dicitur exordium, & in
sinuationem. Moris enim doctorum uiros
rum est, que re ipsa distinguantur, ea uerbis
atq; appellationibus suis interim inuicem
distinguere, neque tamen alia differentia est
q; quod palam exordium facit, id occulte
insinuatio, quare cum unius præcepta tra-
diderimus, de utroq; dixisse uolumus intel-
ligi. Quæ itaq; dicuntur ea, aut ex personis,
aut ex rebus ipsis sumuntur initium. Sunt
autem rerum tria genera, ut amice, ut intel- Rerū tria.
ligenter, ut attente audiamur. Quorum pri-
mus locus est in personis nostris, disceptas
torum aduersariorum. a quibus initia be-
niuolentiae conciliandæ comparatur, aut
meritis nostris, aut dignitate, aut aliquo ge-
nere uirtutis, & maxime liberalitatis officij
iustitiae. fidei, contrarijsq; rebus in aduersa-
rios conferendis, & cum h̄s qui disceptant
aliqua cōiurationis, aut causa, aut spe signi-
ficanda, & si in nos aliquod odium offendisse
collata sit, tollenda ea minuēdaue, aut
diluendo, aut extenuando, aut compēsan-
do, aut deprecando. Intelligenter autem
ut audiamur, & attente etiam a rebus ipsis
ordiendum est, sed facillime auditor discit,
et quid agitur intelligit, si cōpleteare a prin-

F s cipio

principio genus naturamq; cause, si diffi-
nias, si diuidas, si necq; prudentiam eius im-
pedias confusione partium, nec memoriam
multitudine, quæq; mox de narratione dis-
lucide dicentur, eadem etiam huc poterūt
recte inferri. Ut attente autem audiamur
trium rerum aliquam consequançur, nam
aut magna quædam proponemus, aut ne-
cessaria, aut coniuncta cum ipsis apud quo-
res agitur. Sit autem hoc etiā in præceptis
ut siquidem tempus ipsum, aut res, aut loc⁹
aut interuentus alicuius, aut interpellatio,
aut ab aduersario dictum aliquid maxime
in perorando dederit occasionem nobis ut
dicamus aliquid ad tempus apte, quæq; ad
amplificationem pertinent, de qua iam dis-
cētum est ad principiorum præcepta trans-
ferrī potuerint. Hæc a Cicerone, nempe un-
de a quoq; alio æque bene: hæc nimicum
palam exordium, idē insinuatio quod sub-
dolum principium est, quo inquam in a-
nimum audientis occultius irrepimus, qđ
si quid toti officere uideañ actioni, id a prin-
cipio amoliendum est, nostraq; cōfirmāda
est opinio, detrahendusq; metus si quē for-
te subiuisse animos audictium suspicati fu-
erimus, ut Cicero p Milone facit, ne Pōpēij
arma disposita cōtra se pugnarē, nō nunq;
adhibēdus

adhibendus, ut idem in Verrem. Aliaque
eiusmodi quæ proposita causa prudens ui-
derit orator. Principiorum autem initia lis-
berum est, unde uelimus sumere, sicut ut lis-
buerit concludere, ita ut remotius a propo-
sito ad causam qua de agendum est, quans
doque perueniat oratores, ut Isocrates in pas-
nagyrico, Necnon de Helenæ laudib⁹, alio
quando a tempore, ut Ciceronis est, p. C.
lio. Si quis iudices forte nunc adit ignarus
legum, iudiciorum, consuetudinis nostræ,
miretur profecto quæ sit tanta atrocitas hu-
iusece causæ, quod diebus festis, iudicisq; pu-
blicis, omnibusq; negotijs forensibus inter-
missis, unum hoc iudicium exerceatur, a lo-
co, ut pro rege Deiotaro. Cum in omnib⁹
causis grauioribus. C. Cæsar Initio dicēdi
cōmoueri soleam uæhementius, q; uidetur
uel usus, uel ætas mea postulare, tamen in
hac causa ita me multa perturbant, ut quās
tum mea fides studijs mihi afferat ad salutē
regis Deiotari defēdendā, tantū mihi facul-
tatis timor detrahat. Ab opiniōe ut i Ver-
rē si q; uīm iudices, aut eore q; adsūt forte
mirai me q; tot annos i causis iudicijq; pu-
blicis ita sū ȳ satus, ut desēderim multos, le-
serim neminē subito nūc mutata uolūtate
ad accusādū descēdere. Is si mei cōsilij causā
rationēq; cognouerit.

cognouerit una, & id quod facio p̄babit,
et in hac causa profectio neminem mihi esse
praeponendum putabit. Ab infirmitate, tā
ætatis, q̄ mentis, ut pro Roscio Amerino.
Credo ego uos iudices mirari quid sit, qd̄
cum tot summi oratores hominesq; nobis
lissimi sedeāt, ego potissimum surrexerim,
qui neq; ætate, neq; ingenio, neq; autho: ita
tesim cum h̄s qui sedeant comparandus, ac
multa eiusmodi alia, demonstrandi enim
causa h̄ec satis, quo pacto autem ordiendū
nobis genus causæ nos docere potuerit.

**Causarum
genera**

Causarum autem genera quæ ipsa specht
exordia, plurimi quinque esse uoluerunt, ho
nestum, humile, dubium, uel anceps, admis
rabile, obscurum, quidem turpe adiiciunt,
quod aliū humili, admirabili, aliū subiectū

Admirab. Admirabile dicitur, quod abest ab hominū
opinione. In ancipiū igitur maxime bene
uolum iudicem, in obscuro docilem. In
humili attentum parare debemus. Hones
stum siquidem ad conciliandum nobis a
nimū satis per se ualeat. Admirabili & tur
pi remedij op̄ est, ea de causa principium
in exordium & insinuationem diuisum est
nam ubi cause frons uix admittitur, operi
enda est tantisper, quoad admittamus, ut
admissi, intrepide in defensionē subeamus,
utendum

utendum quoq; insinuatione, cum aduersariorum actio iudicum animos occupaverit, nec non si apud fessos audiendo agendum sit, in altero promittimus aduersarijs occursum, in altero spem breuitatis injici emus. urbanitas opportuna, aut undecimq; petita judicis uoluptas, reficit animos a iei dioq; leuat. Monendum quidam putauerunt, ut immodica euiteretur principij longitudo, nec minus conductissima breuitas ne uerbosius q; necesse sit, neue obscurius, doceamus, conciliemus, attenim faciamus auditorem. At prudentem oratorem ista non fugient locutionem quoq; moderata esse oportet, ne quod insolens uerbum, nec audacius translatum, ne ue aut absurda ue tustate, aut poetica licentia sumptum in exordio deprehendatur. Conciliatis enim animis & iam calentibus, haec feretur libertas, præfertim cum in locos descenderimus circumfuso nitore, & dicendi copia illustres non est argumentandum, non narrandum in exordio, ut sit illaboratae similis oratio non uerbis, non uultu nimia prominens. dissimulans ac modesta, qualis pulcherrima pro. Q. ligario Ciceronis est, prouidendū ne turberetur memoria, ne facilitate continuandi uerba destituamur, & quasi laboret

oratio

oratio. Apostrophis figurisq; alijs quādō
utendum, quando uulgarī utendum exor-
dio, commutabili, separato, trāslato, longi-
ore, q̄ causa desideret, aut breuiore non u-
tendum esse frusta puto commoneri, quia
prudens id facile aduertit orator non mi-
nus, q̄ in perpetua oratione, quin & singu-
lae partes suum quoddam particulae ha-
bere debent exordium, et aliqua leuandus
recreandusq; auditor p̄fatiūcula, sicut au-
dite nūc reliqua, atq; hæc ita in exordio cū
eo opus fuerit, nec enim semper utendum.
Est siquidem cum redundat, cum p̄para-
tus auditor, cum res p̄paratione non ins-
diget, cum angusta sunt tempora, cum ob-
languet auditor, alioqui in reliquis partis
bus, quasi dormitans auditor est excitādus
p̄cipue in narratione & argumentis cū
ut attendant, ut saueant rogamus, ac si mul-
tiplex sit causa sua singulis danda p̄fatio
est, ut aduertite nunc alia, & nunc illud pre-
tero. Cum uero exordium concludemus,
siue ad narrationem, siue ad argumenta-
transeamus debebit postremum esse, cui cō-
modissime consequētiū iungi poterit, initil-
um ne abrupte in narrationem argumen-
taue illabi uideamur. ut Cicero p̄ lege ma-
nilia. Atq; ut ide oratio mea p̄ficiat unde
hæc

hæc omnis causa ducitur, bellum graue &
periculosum, & quæ sequuntur, quod si lo-
giuscula, & perplexiuscula subsequat war-
ratio, præparatus est iudex, ut Cicero pa-
lo longius exordium rei demonstrandæ re-
petam, quod quæsio iudices ne moleste pas-
tiamini, principijs enim cognitis, multo fa-
cilius extrema intelligetis, ac de exordio q̄
dem hactenus, neq; enim humillima & te-
nuissima quæq; consecunda, ea enim sibi
quiuis poterit dictare, atq; differere.

De narratione.

Narratio est rei factæ, aut perinde, ac fa-
ctæ utilis ad persuadendum expositio, &
quædam quasi sedes & fundamentum cō-
stituendæ sivei. Sunt in ea seruanda maxis-
me, quæ etiam in reliquis fere dicendi par-
tibus quæ partim sunt necessaria, partim
sunt assumpta ad ornandum, nam aperte
dilucideq; ut intelligatur quid dicamus, p̄
habiliter ut probetur narremus necessariū
est. Assumemus etiam suavitatem ergo ad
dilucide narrandum. Dilucidum siet usita-
ris uerbis, proprijs, dispositis, aut circūscri-
ptione conclusa, aut intermissione, aut cō-
cisione uerborum, Contra obscurum,
aut longitudine, aut contractione ora-
tionis, aut ambiguitate, aut inflexione

auc

aut immutatione uerborum, si quoq; bre
uitas, ut absit concisio, nam breuis sit, quo
libentius audiatur, hæreacq; magis animo,
quoniam. Omne superuacuum pleno de
pectore manat. Breuitas autem conficitur
Breuitas simplicibus uerbis semel unaquaq; re dicē
conficitur da, nulli rei nisi ut dilucide dicamus seruē
do, ne minus, ne plus etiam dicatur q; opor
teat. Probabilis autem erit, si personis, si tēs
poribus, si locis ea quæ narrabuntur cons
sentient, si cuiusq; facti & eventi causa pos
netur, si testata dici videbuntur, si cum ho
minum opinione, authoritate, si cum lege,
si cum more, cum religione coniuncta, si
probitas narrantis significabitur, si antiqui
tas, si memoria, si orationis ueritas, & uitæ
fides. Est certe quidam ducus rei credibilis
qualis in comœdijs probabile porro gen⁹
est orationis, si non nimis comptum, atq;
expolitiū, ut pro Milone Ciceronis. Si est
authoritas & pondus in uerbis, si sententiæ,
uel graues, uel aptæ opinionibus hominū
ac morib⁹. Suavis porro narratio est, quæ
habet admirationes, expectationes, exitus
inopinatos, si interpositos motus animoq;
colloquia personarum, dolores, iracūdias
meius, lœtitias, cupiditates, suave erit dicen
di genus, primum elegantia, & iucunditate
uerborum.

uerborum sonantium, & lenium, deinde
conjunctione, quæ neq; habet asperos cur-
sus, neq; disiunctos, atq; hiantes. & si circū
scripta non longo anfractu, sed ad spiritū
uocis a ptum, habeatq; similitudinē. æquas
litteremq; uerborū. tum ex contrarijs sūpta
uerbis. crebra crebris. paria paribus respō-
deant: relataq; ad idem uerbum, & gemina-
ta, ac duplicata, uel etiam sepius iterata pos-
nuntur, constructioq; uerborum, tum cons-
unctionibus copuletur, tum dissolutionib;
bus relaxetur, cæterisq; quæ in tertia gram-
matices parte monstrauimus. Fiet etiam
suavis oratio, si aliquid aut inuisum, aut in-
auditum, aut nouum dicas. Delectat etiam
quicquid est admirabile, maximeq; mouet
ea, quæ motum aliquem animi miscet ora-
tio, quæq; significat oratoris ipsius amabi-
les mores, qui exprimuntur autem signifi-
cando iudicio ipsius, & humano animo ac
liberali, aut iflexione sermonis, aut augen-
di alterius, aut minuendi sui causa. Alia di-
ci ab oratore, alia existimari uidentur, idq;
comitate fieri, magis q; uarietate. Sed sunt
multa suavitatis præcepta, quæ oratiōem
aut magis obscuram, aut minus probabilē
faciunt, itaq; hoc etiam loco nobis est ipfis
Quid causa postulet iudicandum. Fuērunt

C sanc

sane etiam qui adderent narrationem eius
denter, moratam cum dignitate, magnis
ficam. & illustrem, ea est oratio si & uerba
grauitate delecta ponuntur, & translatâ &
superlatâ, & ad nomen adiuncta. & duplis
cata, & idem significantia, atq; ab ipsa acti
one rerum non abhorrentia. Est enim hæc
pars orationis, quæ rem constituat ante o-
culos. his enim maxime sensus attingitur.
sed & cæteris tamen. & maxime mens ipsa
moueri potest. ut. M. Cælij. nāq; ipsum of-
fenderunt temulento sopore profligatum.
totis præcordijs stertentem. ructuosos spis-
ritus geminare, præclarasq; contubernales
ab omnibus spondis transuersas incubare
& reliquas circumiacere passim, quæ tamē
exanimatे terrore, hostium aduentu perces-
pto excitare Antonium conabantur, nomen
in clamabant, frustra ceruicibus tollebant.
Blandius alia ad aurē, inuocabat uhemē-
tius, etiam nonnulla seriebat. quarum om-
nium uoce, tactuq; oscitaret, pximæ cuicq;
collum amplexu petebat, necq; dormire ex-
citatus. necq; euigilare ebrius poterat, sed
semisomno sopore inter manus centurio-
num. concubinarumq; iactabatur. & illa
apparebant. & susæ per domos, ac templo-
rum mæ, & ruentium tectorum si agor ex-
diuersis

diuersis clamoribus, unus quidem sonus,
aliorum fuga incerta, alij suorum ex tremo
complexu cohærentes, & infantium, foemini
natumq; ploratus, & male usq; in illum di
em seruati fati senes tū illa, pfanorū, sacros
rumq; direptio efferentium prædas, repetē
tiumq; discursus, & acti ante suum quisq;
prædonem cathenati, & conata retinere in
fante suum mater, & sicuti maius lucrū
est pugna inter uictiores. necnō in descripti
one conuiuij luxuriosi. Videbar uidere
alios intrantes, alios uero exeuntes, quos
dam uero ex uino uacillantes, quosdam ex
terna ex potatione oscitantes, humus erat
fimunda, lutulenta uino, coronis languis
dulis, & spinis cooperata piscium. Hæc & az
lia narrandi genera non possunt nisi summa
attentione audiri. Sunt tamen quædam tā
breues causæ, ut propositionem potius ha
beant, q; narrationem, id q; utriq; quādoq;
parti accidit, cum nulla expositio est, uel de
re constat de iure queritur. Item si obserue
res gestæ si memoremus, reseruandæ sunt
quæstionibus, & per totam orationem cō
cidendæ. ut statim singulis occurramus,
quod in narratione plane facere non pos
sumus. Narratio siue sit tota pro nobis,
siue tota pro aduersarijs, siue mixta ex

utrisq; nulla capiēdi cōsilij oratori erit pru-
denti ambiguitas, nostra liquidem q̄ maxi-
me fieri potuerit uerisimilia aduersariorū
cōtra faciemus. Repetitur tameisi raro quā-
doq; narratio, uel inuidiae gratia, uel misere-
rationis. Frequentissimum etiam est, ut si
at narrationis initium, a persona sumatur,
quæ si nostra sit exornanda, sin aliena infa-
menda, ut Ciceronis illa. A. Cluentius ha-
bitus fuit pater, huiusc e iudices homo non
solum municipij Larinatis ex quo erat, sed
regionis illius, & uicinitatis uirtute, existi-
matione, nobilitate facile princeps, & illa
. Q. Ligarius cum esset, & quæ sequuntur.
Frequenter quoq; a re ut pro Tullio fundū
habet in agro Turino. M. Tullius paternū
Sunt qui putent perducendam esse narra-
tionem eo, unde quæstio oriatur, ut his re-
bus ita gestis. P. Holobella prætor interdis-
xit, ut est consuetudo de uī hominibus ar-
matis sine uilla exceptiōe tantum, ut unde
deieceret restitueret, deinde restituisse dixit
sponsio facta est. Hac de sponsione uobis
iudicandū est, q; a petitore semper fieri pos-
se quidam existimant, & defensore non sem-
per. At de narratione tanta dicta sint. Sunt
qui narrationi propositionem subiungat
tanq; iudicialis materiæ partem. At tam

Quintilianus

Quintilianus q̄ Cicero propositionē omnem confirmationis initium esse uoluere, ut Cicero partitionem quoq; argumentis deputat in partitionibus, nec id intellectu difficile est, ut pro Muræna in Seruium sul pitium, & Catonem intelligo iudices tres totius accusationis partes fuisse, & earum unam in reprehensione uitæ, alteram in cōtentione dignitatis. Teruiam in criminib; ambitus esse uersatam. Itaq; iam ad argumenta transierimus.

De argumentis: ac de locis primo.

Confirmatio, & confutatio, seu repræhensio sequitur ostendenda, sed quoniam utraq; argumētis conficit, cū de argumētis locū fuero de utraq; parte dixisse dictum esse intelligendū erit. Cum itaq;, ut in dialecticis ostendimus questionum duo sint genera, insinutum unum, finitum alterum. Cūq; singulis sint sui deputati loci de his dicendum quo ad omnem quæstionis spe ciem sua possint accommodari argumenta. Locus igitur est, ut inquit Cicero argumē Locus est tis sedes. Locorum autem alios extra dicē di rationem accipit orator. Alios ex causa

trahit in artificiales illos, artificiales hos dixere. Ex illo priore genere sunt præjudicia rumores, tormenta, tabulae, iuriandum, testes, in quibus magna pars forensium consistit contentionum, & perinde cum frequenter in usum ueniant omnium, nedum oratorum, utpote artis expertia omittimus. At pars altera, quæ arte constat spectanda, aperiendaq; est. Est igitur locus artificialis maxima, ac principalis ppositio, quæ uim suggesterit conclusionibus. Dicuntur a quibusdā loci maximarum propositionum differentiae, quæ ab eis dicuntur uocabulis quæ in quæstionibus sunt constituta, earū duplex est modus, unus quidem ab earum substantia, alter uero ab ipsis, quæ eorum substantiam consequuntur, eorum porro los corum, qui a substantia ducuntur duplex est ratio. Partim namq; a diffinitione, partim a descriptione argumenta ducuntur. A diffinitione, ut si quæratur, num arbores sint animalia, texatur syllogismus talis. Animal est substantia animata sensilis, arbor aut substantia animata sensilis non est. Arbor igitur animal non est. Maxima propositio erit, cui generis diffinitione non cōuenit, id eius cuius ea diffinitione est. Species non est, q; locus a diffiniuione nominat. A descriptiōnē ut si

ut si quæratur, an pallor substantia sit. Ar-
guimus igitur hoc modo. Substantia id os-
mne est, quod accidentibus subiecti possit.
atque pallor accidentibus subiecti non potest
ergo pallor substantia non est. Locus nem-
pe maxima propositio, qui & superior, cu-
ius enim diffinitio, vel descriptio, ei quod di-
citur non conuenit, id eius quod esse speci-
es perhibetur non est genus, atque descrip-
tio substantiae pallori non conuenit, ergo
pallor substantia non est. Sunt etiam diffi-
nitiones, quae non a rei substantia, sed a no-
minis significatione ducuntur, & perinde
rei de qua queritur accommodantur, ut si
questio sit, an sit studendum rhetorica, erit
argumentatio rhetorica est bene dicendi co-
gnitio. huic studendum nemo dubitat, stu-
dendum igitur rhetorica. Hic enim a ui uo-
cabuli sumptum argumentum.

*Quæ uocabulorum substantiam
consequuntur.*

Ab eis autem, quæ uocabulorum substantiam cōses-
quuntur duci solent argumenta, aut ex toto, aut
ex partibus, aut ex causa, vel efficiētibus, vel
materia, vel sine. Totū intelligit aut ut gen-
diuisū in species, aut utpote in partes diuis-
sibile. A genere igitur tāq; a toto, ut si quærat
an modestia utilis sit, fieri syllogismus virtus

G 4 utilis

utilis est, modestia uirtus est, modestia igit
utilis. Locus in maxima propositione, quæ
generi adsunt, adsunt & speciei. Locus a ge-
nere, nempe a uiriate, quæ modestie genus
est. Rursus sit questio, an res humanæ me-
lius prouidentia regantur, dicemus, mun-
dus prouidentia regitur, quo nihil melius
Sunt autem mundi pars homines. Res igit
humanæ melius prouidentia reguntur. Lo-
cus, quod toti conuenit, id congruit etiam
parti, supremus locus a toto nempe ab in-
tegro, quod partibus constat, nempe mun-
do. Fiant etiam aut a generis partibus, quæ
sunt species, aut ab integræ, id est totius par-
tibus, quæ proprie dicuntur partes, de his
partibꝫ, quæ species hoc modo. Sit questio
an uirtus mentis bene institutæ sit habitus,
questio a definitione, id est an habitus bes-
ne institutæ mentis uirtutis sit definitio.
Texamus a speciebus argumentationē hoc
modo, iustitia, fortitudo, temperantia, cæ-
tericꝫ huiusmodi habitus, sunt mentis bes-
ne institutæ. Hæc autem uirtutum, ut pote ges-
teri subjiciuntur. Virtus igitur bene institu-
tæ mentis est habitus, maxima propo-
sitione, quod singulis partibus inest, idem lo-
ti inesse necesse est. Argumentum autem a
partibus, quæ species dicuntur, rursus ab eis,
quæ

que propriæ dicuntur partes. Sit questio
an utilis medicina, dicimus, si depellere mor-
bos, uel arcere medelis, medericq; uictu ægri
tudinibus, atq; uulneribus mortalibus uti
le est medicina. Atqui depellere morbos, uel
arcere medelis, medericq; uictu ægri tudinis
bus, atq; uulneribus utile est. Utilis igitur
medicina, aut una ex pluribus, ut quælibet
pars ualeat, quo argumentationis uis constet
hoc modo, ut si de quopiam ambigatur
an sit liber, si eum uel censu, uel testamento
uel vindicta manumissum esse ostendamus
liber est demonstratus. Hæ namq; actio[n]es es-
tant dandæ libertatis partes, licet præterea
non solum in substantiis, ueruetiam in mo-
do, temporibus, quantitatibus, totum, par-
teq; respicere, nam quæd dicimus semper
in tempore totū est, quod dicimus aliquās
do in tempore pars est. Rursus si simpliciter
citer in modo totum est, si cum adiectione
aliqua in modo pars sit. Item si omnia dis-
camus in quantitate, totum diximus, si a
liquid quantitatis excipimus, quantitatis
partem eodem modo, & in loco, quod us-
bic[us] est, totum est, quod alicubi pars, a toto
ad partem temporis, si Deus est semper es-
tiam nunc est, a parte ad totum, si anima a
liquido modo mouetur, etiam simpliciter

G 5 mouet

mouetur. Mouetur autem irascendo, cupiendo, ratiocinando. In uniuersum igitur, ac si plures essent mouet, a toto ad partem. Si uerus fuit in omnibus David propheta, uerum erit
Dixit dominus domino meo, sede ad extremitatem meam, & in loco, si Deus ubique hic est.

A causis.

Locus, qui dicitur a causis, quae principium motus praestant, atque efficiunt. Ab efficiente causa, ut si quis iustitiam uelut ostendere naturalem dicat. Contentus hominis naturalis est, de accidenti questio, maxima propositio. Quorum efficientes causae sunt naturales, ipsa quoque naturalia sunt ab efficientibus locus. Rursus si quis Mauros armam non habere contendat. dicet ideo circa eos minime armis uti, quia ipsis ferrum desit, maxima propositio. Vbi materia deest quod ex materia sit desit necesse est. locus a materia uno nomine utrumque a causa dicitur. Rursus a fine sit questio, an temperantia, bonum sit, texetur argumentatio, si fruere Deo bonum est, etiam temperantia bonum est. Is enim temperantiae finis est. ut propter temperantiam quispiam Deo fruatur, maxima propositio, cuius finis bonus, ipsum quoque bonum est, locus a fine. Ab ea vero, quod cuiuslibet rei forma est, ita sit questio an grammaticus expers

Expers recte loqui possit, non posse, quoniā
nemo recte loquendi normam nō tenens
unquam recte locutus est, maxima proposi-
tio. Tantum posse quempiam, quantum
forma permittat, locus a forma.

Ab efficientibus occasibus. & usibus.

Ab efficientibus uero & occasibus, & us-
ibus hoc modo. Si bonum est domus cō-
structio, bona est domus, & si bonum est
domus, constructio bona est domus, quod
si bonum domus, malum est demolitio, at
qui bona est domus. Rursus si malum labo-
factatio domus, bona est domus. et si bonū
est domus, malum labefactatio domus, &
si bonum grammatica, bonum est grāma-
tica loqui. Primum exemplum ab effectis
bus, secundum ab occasibus, tertium ab us-
ibus, omnium maximæ propositiones, cu-
ius effectus bonus ipsum quoq; bonum, e-
diuerso, cuius occasus malus est ipsum bo-
num est, & contra, & cuius bonus usus ips-
sum bonum, & contra.

Communiter accidentium.

Communiter aut̄ accidentibus fiunt ar-
gumenta, quotiens sumuntur accidentia,
que subiectum relinquere uel non possunt
uel

uel non solēt, ut sapientem non pœnitēbit.
Pœnitentia namq; malum consequitur fa-
cīus, ideo in sapientem non cadit pœni-
tentia, questio de accidenti, maxima propo-
sitio, cui non inest aliquid nequidem illud,
quod est ipsi, consequens esse potest locus
a cōmūniter accidentibus.

Ab extrinsecus.

Nunc de ijs dicendum, qui licet extrinse-
cus asciti sint, argumenta tamen suppetūt-
questionibus. Sunt autem uelex rei iudi-
cio, uel ex similibus, uel a maiore, uel a mi-
nore, uel proportione, uel ex oppositis, uel
a transumptione, illeq; locus, qui rei iudici-
um rena huiusmodi est, ut dicamus id esse
quod uel omnes iudicent, uel plures, & q̄
uel sapientes, uel in quavis arte eruditii, hu-
ius exemplum. Cælum ne dextrum, ac sis-
tistrum habeat, habere accedaſ, quod acu-
ti philosophi mathematici inq, & physio-
logi ita iudicarunt, questio de accidēti ma-
xima propositio, quod omnibus, uel plus
ribus, uel doctissimis uidetur hominibus
ei contradicendum non esse locus a rei
iudicio.

A similibus.

A Similib⁹ hoc modo si dubiteſ an rhes-
torices

rhetorices propriū sit bene dicere, dicimus
similiter grammaticæ esse recte loqui. Aris
thmetices uim numerorum noscere. Geoz
metriæ metiri omnia, atq; ita in cæteris de
nig; non esse illa rhetorices propria. locus
a similibus. Hæc demum similitudo, aut in
qualitate, aut in quantitate est, quæ rectius
paritas nuncupatur.

A minore.

A minore si quæratur an sit animalis diffi
nitio, quod ex sese moueri possit dicetur,
non est hæc diffinitio, quod naturaliter ui
uat, ne ea quidem, quæ minus, uideri debet
diffinitio, quod ex sese moueri possit, quæ
stio de diffinitione, maxima propositio, si
id quod magis uideatur esse, non inesse dice
tur, ne id quidem, quod minus esse uideat,
inerit locus a minore.

A maiore.

A maiore ē diuerso, nam si est hominis
diffinitio, animal gressurū bipes, ut si qd'
minus uideatur esse hominis diffinitio, es
tit qd' est maius. ut animal rationale mor
tale, quæstio de diffinitione maxima ppos
titio, si quod minus uideatur inesse insit, quā
to magis quod maius inherit.

A proportione.

A proportione.

A proportione, ut si quæratur, an sorte
sint in ciuitatibus deligēdi magistratus ne-
gemus, quando ne quidem in nauibus gu-
bernatores sorte præficiuntur. Nam qualē
governator proportionem ad nauim ges-
xit, talem magistratus ad ciuitatem. Differt
autem hic locus ab eo, qui ex similitudine
quod res una cuilibet alii per similitudinem
comparatur. At in proportione non est re-
rum similitudo, sed quædam possidendi as-
liquid comparatio, quæstio de accidenti
maxima propositio, quod in unaquaq; re
euenit, id in eiusdem proportionis aliquo
euenire necesse est, locus a proportione.

Ab oppositis.

Ab oppositis locus multiplex. Quatuor
siquidem modis opponuntur, aut ut cōtra-
ria sese aduersa fronte respiciunt, aut ut pri-
uatio, & habitus, aut ut relatio, aut ut aliena
& negātia. A contrarijs, si quæratur an
sit proprium uirtutis laudari. Negauerim
quādoquidem nec proprium uitij uitupe-
rari. quæstio de proprio, maxima proposi-
tio. Contrarijs cōtraria conuenire locus ab
oppositis ex cōtrario. Ab habitu.

Ab habitu, & priuatione. Sit in quæstio-
ne, an sit proprium oculos habentium, uis-
dere dicam id mihi non uideri. quod qui
aliquid

aliquid videant eosdem etiam cęcos esse cōtingat, quandoquidem in quibus est habitus, in eisdem possit esse priuatio. At quod proprium sit non posse a subiecto amoueri, quęstio de proprio maxima propositio quod ubi priuatio adesse pōr, ibi habitus proprium non sit, locus ab oppositis per habitum & priuationem.

A relatione.

A relatiōe, ut si ambigatur, an patris suum sit gignere, aio recte uideri, quia filii suum sit gigni, ut enim pater ad filium. ita genitor ad geniturn, quęstio de proprio, maxima propositio. Relatiuorū propria, & ipsa ad se se referuntur, locus a relatiuis oppositis.

Ab aientia et negantia.

Ab aientia, et negantia, ut si ambigatur an sit animalis proprium moueri, negauerim. quia ne inanimati quidem proprium est non moueri. quęstio de proprio. maxima propositio. oppositorū opposita propria esse oportere, locus ab oppositis pāciātia, & negantia sibi inuicē opponuntur.

A transumptione.

A trāsumptiōe cū ex ijs sit uocabulis. in quibus quęstio est ad aliud qddā notius ambiguitas trāfseritur

transfertur & ex eius probatione, quæ sūt
in quæstione posita confirmantur, ut cum
quid posset in uno quoq; iustitia quereret
tur, omnem traditionem ad reipu. magnis
iudinem transtulit, atq; ex eo qd illic in finis
gulis efficeret, valere etiam affirmavit, qui
locus a iōio fortasse videatur. At non hæ
ret in ihs, de quibus proponitur uocabulis
sed exterius res polita est. Ob hoc dūtaxat
assumitur quod notior videatur, idcirco a
transumptione locus fere dici solet. Fit ue
ro a transumptione, inq; nomine, cum ab
subobscuro ad notius translentur uocabulo
ipsa argumentatio. ita ut si queratur an phi
losophus inuidet, sitq; ignotum quid phi
losophi prætendat nomen, dicemus ad no
tius uocabulum transferentes, non inuide
re qui sapiens sit, quæstio de subobscuro.
maxima propositio, assumptio notiore ob
scurum explicari, locus a transumptione.
Ac de ihs, qui extrinsecus asciti sūt loci, hæc
dicta sunt.

De medijs locis.

Medij loci sumuntur uel a casu, uel a cō
iugatis, uel a diuisione. Casus est alicuius
nominis principalis inflexio in aduerbiis,
ut a iustitia infleatur iustie calus, a iustitia
quod

quod dicimus iuste, ut compascuus ager
est. ergo licet compascere.

De coniugatis:

Coniugata dicuntur, quae ab eodem mo-
do diuerso deducta fluxerunt, ut a iustitia
iustum iustus. Hæc igitur inter se, & ipsam
iustitiam coiugata dicuntur, ex quibus om-
nibus fiunt argumenta. Si id quod iuste
facis bene est, etiam quod iustum est, bonum
est, & si quis iustus, bonus est, & iustitia bo-
na est. Hæc igitur iuxta proprium nominis si-
militudinem consequuntur. Medi sane lo-
ci appellantur. quoniam si de iustitia queri-
tur, & a casu, uel coniugatis argumenta du-
cuntur, non quod ab ipso proprio. atque coniug-
ate, nec quod ab ipsis, quae sunt ascititia, sed
ex ipsorum casibus, nempe quadam ab ip-
sis leui mutatione deductis. iure hi loci me-
di inter illos sunt.

A divisione:

Locus a divisione, hoc modo tractatur.
Omnis divisio, uel negatione sit, uel parti-
tione. Negatione quidem, ut si quis ita pa-
nuntiet, omne animal aut habet pedes, aut
non habet. Partitione, uelut si quis ita divi-
dat, omnis homo, aut lanus est, aut æger,
aut neutrum. Verum qui his divisionibus

H ad

ad argumentandū utuntur, aut directa ratiocinatione contendunt, aut in aliquod impossibile, incongruumq; deducunt, & p. inde quod reliquerant rursus assumunt, ut si queratur, an ulla origo sit temporis, quā negare uoluerit. Id nimirum argumentando cōfirmabit ortu carere, ita tempus, aut ortum habet, aut non habet. ut Aristotelī co., mathematicoq; more p. impossibile ostendatur, si habet ortum, non semper fuit tempus, habet autem ortum. Fuit igitur cū non fuit tempus, sed fuisse, tēporis est significatio, fuit igitur tempus, quando non fuit tempus, fieri non potest. Non igitur est ullum temporis primordium. Posito nāq; ut ab aliquo cōperit principio, inconveniens quiddam, atq; impossibile contingit. Quare redditur eo, ut ortu carere dicendū sit. At quæ ex negatione diuisio est, cum p. eam quælibet argumenta sumūtur, utrūq; fieri non potest, quod affirmatione. et negatione diuiditur. Verum ablato altero, alterum manet, positioq; altero, alterum tollit, diciturq; hic a diuisiōe locus medius inter eos, qui ex se duci solent, atq; eos, qui ex trinsecus asciscuntur. Itaq; quoniam ex ipsa re, de qua quæritur fieri ratiocinatio solet, quasi ab ipsis. & ex iunsecus ascitur. & pindē

Perinde is a diuisione locus inter utrumq;
medius collocatur.

A partitione.

A partiione autē sumpti multiplici sūt modo. Aliquando siquidem quæ diui dū tur simul esse possunt, ut si uocem in signifi cationes diuidamus, omnes fere simul esse possunt, ut cum dicimus actionē ne an pa sionem, an simul utrumq; significet ample ctor, significareue potest. Aliquando uelut negationis modo, quæ diuiduntur simul esse nō possunt. ut sanusne sit quispiam an æger. & si queratur utrum taurus sit sub stanitia, hanc faciat quispiam diuisionem. Taurus aut est mons, aut animal brutum, aut uiri proprium, aut herba, aut sydus. Is demonstrabit per singula taurum subiecti substantiæ, ac hic quidem ex ipsis in quæsti one propositis argumenta duxisse videbitur. Verū in huiusmodi syllogismis, aut sanus est, aut æger, at qui sanus est, nō est igitæ æger, at sanus nō est, æger itaque est, ut hoc modo, sed æger nō est, sanus igit est. Ab his qui sunt as certi, extrinsecus sūptus est syllogismus, nēpe ab oppositis, & pindē hic totus a diuisione locus inter utrumq; medius esse iure dicitur quasi in negatione sit quoquo modo, et ali quatenus asciscatur, sicut aduenticius Hæc

locorum Themistiana traditio est, nam in
arte differendi Aristotelis, & eum secuti C1
ceronis locos exposuimus, qui tamen si at-
tentius, curiosiusq; inspicientur, in idem re-
cidere videbuntur. Superest igitur iam, ut
quo pacto quæstionibus accommodetur
ostendamus, nec enim putandum est om-
nes omnibus prorsus conguere quæstio-
nibus.

Hæc atq; cætera, quæ
in dialectica supra exposuimus, oratori o-
mnia teneda sunt, sed quo sua sponte squa-
lidiora sunt, adhibendus erit in ijs explicā-
dis quidam orationis ritor, neq; enim hæc
tā pressæ, & anguste, q; in illis eruditissimis
disputationibus fieri solet, sed cum explana-
tius. tum etiam huberius, & ad cōmune iu-
diciū, popularemq; intelligentiam ac-
commodatius.

Qui loci, quibus quæstionibus
cōueniant

Ad quæstiones igitur, quas iam memo-
rauimus in superiore libro hi transferunt
loci, sed alij ad alias sunt aptiores. Ad con-
iecturam igitur maxime apta, quæ ex cau-
sis ducenur argumenta, quæ ex effectis
quæ ex coniunctis sumi possunt. Ad diffi-
nitionem

diffinitionem uero pertinet ratio, & sciens
tia diffiniendi, atq; huic generi finitimus eis.
illud quod appellari comparationis dixis-
mus, quod genus forma quædam est diffi-
nitionis, nam si queratur, idem ne sit, seruus
& dominus pertinacia, & perseverantia diffi-
nitionibus iudicandum est. Loci autem
conuenient in eius generis diffinitione, que-
stionis cōsequentes antecedentes repugna-
tes, adiuncti etiam duo, qui sumuntur ex
causis, & ex effectis, nam si hanc rem illa se-
quitur, hanc non sequitur, aut si huic rei res
illa antecedit, huic non antecedit, aut si huic
repugnat, illi non repugnat, aut si huic rei
hec, illius alia causa est, aut si ex alio hoc, ex
alio illud effectum est, ex quovis horum id
de quo queritur, idem ne an aliud sit inue-
niri potest. Ad tertium genus questio[n]is,
in quo quale sit queritur in comparationem
ea cadunt, quæ in comparationis loco enu-
merata sunt. In id autem genus in quo de
expetendo, fugiendoq; queritur adhibent
ea, quæ sunt animi aut corporis, aut exter-
na, uel commoda, uel incommoda, de qui
bus mox. Itemq; cum de honesto, turpico
queritur ad animi bona, aut mala, omnis
est oratio dirigenda, quæ omnia in ppetuo
hoc opere continentur, Cum autem de re-

H 3 quod

æquo. & iniquo dissenserit, æquitatis loci col-
liguntur. de quibus dicta aliqua, & deinceps
ubi actiones humanas attingemus. Ac de
locis quidem theseos hæc dicta sint. Nunc
hypotheseos ostendamus.

De locis hypotheseos.

Cum tres sint rhetorice species, quæ tria
genera causarum nominamus, deliberativa,
demonstrativa, iudicativa, & deliberativa
qui finis plerisque dicatur utilitas, demonstra-
tiva autem honestas. Quæ nam quæstiōes
quiue loci ad hos fines pertineant. cum ex-
positum, cum etiam in sequentibus expos-
tentur uoluminibus. At cum iudicativa
ius sit finis, unde & nomen inuenit, & ples-
rach conjectura, aut diffinitione explicata
sint, de his quæstiōes, & loci sunt a nobis
positi. Et quoniā in controvēsijs discepta
dis sæpen numero leges adiutrices adhiben-
tur. Alij status quasi noui sunt. quos legi-
timas disceptationes diximus appellari, quod
perspicuum est, non magis in legibus, quod in
testamentis, in stipulationibus. & reliquis
in rebus, quæ ex scriptio agatur, posse easdē
existere controvēsias. quibus cōfirmandis
aut refellendis, loci succurrēt cōjecture, aut
diffinitionis, aut artis experties. Ceterum
in

In deliberatiuo, & demonstratiuo aliqui es-
se possunt, cum iudiciali genere cōtinues
status. Nā & negant̄ sepe ea futura, quę ab
aliquo in sententia fore dicta sunt, dum p̄s-
batur, aut omnino fieri non posse, aut sine
summa difficultate non posse, in qua argu-
mentatione status erit cōiecturalis, aut cum
aliquid de utilitate, honestate, æquitate dis-
serit, deq̄ ijs rebus, quae his sūt cōtraria, &
ubi de loci importunitate, uero opportunita-
te differit, qd̄ idem in demonstratiuo genere
cōtingit. Nā aut negari potest id factum es-
se, quod laudatur, aut non eo nomine affi-
ciendum, quo laudator affecerit, aut oīno
non esse laudabile, quod non recte, non ius-
re factum sit, cuiusmodi Ciceronis cū mul-
tis in locis, tum pro Muræna in Seruiū sul-
pitium. & Catonem sunt pleraq; Omnis
itaq; res argumentando confirmatur, aut
ex eo, quod personis, aut ex eo, quod nego-
tijs est attributum. Personis has res pu-
tamus attributas, nomen, naturam, uis-
ctum, fortunam, habitum, affectionem,
studia, consilia, facta, casus, orationes, quibus
omnibus ex locis sumuntur argumenta.
At negotijs datum distribuitur in locum,
tempus, modum, occasionem, facultas
tem, quibus inquam ex circumstantijs cō-

H 4 firmatur

confirmaturi nostra, teximus argumentationes, de quibus dicendum si prius tamen de argumentis loquar.

De argumentis.

Probabile

Necessarium

Argumentorum igitur alia sunt probabilia & necessaria, alia probabilia, & non necessaria, alia necessaria et non probabilia alia nec necessaria nec probabilia. Probabile est, quod uidetur uel omnibus uel pluribus, uel maxime notis, atque insignibus, uel unicuique artifici iuxta suam illorum facultatem. Necessarium est, quod ut dicitur ita est, atque aliter esse non potest. Probabile quemadmodum, ac necessarium est, ut hoc est omne, ergo maius est sua parte. Nemo enim contra hanc dissentiet propositionem, atque ita habere necesse est. Probabile uero, ac non necessarium est, cui facile animus auditoris ac quiescit, sed ei non facile accedit auditor, ut interposita inter solem & lunam terra, luna obscuram fieri, nec necessarium uero, nec probabile est, quod nec in opinione hominum insideret, nec uerum esse potest, ut eum habere

habere cornua, qui non ipsa amiserit. Quidam argumentorum genera duo faciunt, necessarium, & probabile, ut sit necessarium quod aliter, ac dicitur, nec fieri, nec probari possit, hoc ab oratoribus tractatur, aut per complexionem, aut per enumerationem, aut per simplicem conclusionem.

De complexione.

Complexio est, in qua utrum concesseris reprehenditur hoc modo. Si impbus est cur uerteris, si probus cur accusas, uis sic Si Iuppiter Deus est cur tam multa egit in continentibus, si non est Deus cur ipsum colis?

De enumeratione.

Enumeratione est, in qua pluribus rebus expositis, & cæteris infirmatis, reliqua necessario confirmantur, ut quia nec nomen nec uerbum, nec participium, nec pronomen, nec præpositio, nec aduerbiu, nec coniunctio est. Papæ est igitur interieccio.

De simplici conclusione

Simplex autem conclusio ex necessaria consecutione cōsicitur hoc modo. Si uos me istud eo tempore fecisse dicitis. ego autem
H. 5 eo ipso

eo ipso tempore trans mare fui, relinquitur
ut id, quod dicitis non modo non fecerim
sed ne quidem potuerim facere, & hoc pa-
cto si omnis uitritus actio hac præcipua de-
causa laudabilis est, quod sit ultronea, que
a continentia profiscitur, laudabilis non
est, quod ultronea non sit. Nam contra id,
quod cupidum erat evenit. Idem quoq; de
incontinentia argui potuerit. Item omnis
virtus habitus est optimus. Continentia
vero cum aliquando cedat cupiditatibus,
& per uehementem affectum morum la-
batur, habitus esse non potest, non ergo co-
inentia est virtus. At hæc duo posteriora p^r
babili potius subjici possunt, de quo nūc.

De probabili.

Probabile est, quod ex probabilibus co-
ficitur, quæ aut omnibus placeant, aut plu-
ribus, aut clarioribus, aut ita esse uideatur,
uel probabile est id, quod sere solet fieri,
aut quod in opinione positum est, aut qd'
habet in se ad hæc quandam similitudinē
sive id falsum, sive uerum sit, id quatuor ha-
bet species, signum, credibile, iudicatum.
comparabile.

Designo.

Signū est, quod sub sensū aliquē cadit, &
quiddam

quiddam significat, quod ex ipso profectum
videtur, quod antea fuerit, aut in ipso negotio,
aut post se consecutum, & tamen indigit
testimonij, & grauioris confirmationis.

De credibili.

Credibile est, quod sine ullius autoritate
auditoris opinione firmatur.

De iudicato.

Iudicatum est res assensione, aut autho-
ritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum
comprobata, id in tria genera dividitur. re-
ligiosum. commune, approbatum. Religi-
olum est, quod iurati legibus iudicarunt.
Commune est, quod omnes vulgo probantur.
Approbatum est, quod homines cum du-
biu[m] esset quale haberi oportere sua cons-
tituere autoritate.

De comparabili.

Comparabile autem est, quod in rebus diversis similem aliquam rationem continet, huius species sunt tres, imago, quam vocat greci icona, collatio quam illi parabolē dicunt, exemplū, quod paradigmā nominatur. Imago corporū, aut naturarū similitudinē demonstrat. Collatio, rē cū re similitudine cōfert. Exemplū vero rē authoritate, aut casu alicuius hois, aut negotij cōfirmat. Ac de argumen-
tis hæc

hęc satis. Nūc de argumentatiōe dicamus.

De argumentatione .

Argumentatio est argumenti oratione explicatio. Argumentationis duæ sint species, una quidem, quę græce syllogismus, latine ratiocinatio. Altera, quę græce epagoge, latine inductio nominatur, utrāq; argumentatio ab ea arte, in qua texitur nōmē haber physiologa. si de physiologia, mathe matica si de mathesi .poetica, si de poetica facultate loquatur. Dialectica & rhetorica circa cōmunem uersatur materiam, nem̄pe probabilem, siue sit uera, siue non sit, ut si dicas omnium quæcunq; cēlum comple citur Deus est causa . Cum omnibus aut̄ rebus uitium quoq; comprehēditur, ergo uitij causa Deus, ita rhetoricus syllogism⁹ ut quicunq; noctu vagit⁹ fur est. Vagatur autem noctu furius, fur ergo furius est. Est enim tam dialecticus, q; rhetoricus ratiocis nandi modus, quandoq; uerus, quandoq; falsus, poeticus syllogismus fabulosus, ut Harpyia uolucris disterebat. At qui differe rerationalium proprium est Harpyia ergo uolucris rationalis fuit. De syllogismo in dialecticis abunde a nobis dictum. A sylo gismo nascit̄ epichirema, quā aggressiōem quidam

quidam uocauere, & enthymema, quod
alij commentum, alij cōmentationem dī-
xere, Celsus itaq; iudicat non nostram ad
ministrationem, sed ipsam rem, quam ag-
gredimur, idest argumentum quo aliquid
sumus probatur, etiam si nondum uerbis
explicatum, sed tantum mente cōceptum
epichirema dici. Alijs uideatur perfectam p-
bationem hoc nomen accipere, ut sit certa
quædam sententiæ comprehensio. Differ-
re autem a syllogismo, quod syllogismorū
multæ sint species, ut supra, ubi dialectica
complexi sumus, commode satis, & breui-
ter, ut opinor, docuimus, ueraq; ex ueris
syllogismi colligunt. At hic quoq; paucis
idem agam. Syllogismus ex binis ueris cō-
stat propositionibus, & conclusione, ut si
uelim demonstrare animam esse immorta-
lem dicam, omne quod semper mouetur
immortale est. hæc propositio, inde anima
semper mouetur, hæc secunda propositio
deniq; anima ergo immortalis est, hæc cō-
clusio. Quælibet propositio terminis con-
stat, quælibet enim propositionis dictio ter-
minus dicitur, in quem resolutur proposi-
tio. Propositiones autem ueras esse opor-
tet, & conclusionem sequi propositiones,
nam si propositio una, uel conclusio falsa
inueniatur

Celsus

Terminus

inueniatur, paralogismus est, non syllogis-
mus vox simplex, nomen. uerbū, dictio, ter-
minus. Hæc quinqꝫ ratio ne subiectū inter se
non differunt, sed habitudine tantum dis-
ferentiam habent. ut homo, ut simpliciter
aliquid significās vox simplex, ut subiectū
nomen, ut prædicati habet ordinem, uer-
bum ut aientiæ, uel negantiæ pars, dictio
ut pars propositionis uel syllogismi termi-
n⁹, ecce Socrates honest⁹ est. Socrates sub-
iectum est, diciturqꝫ nomē, honestus est, or-
dinem habens prædicari uerbum. Volunt
quinqꝫ hæc dialectici pleriqꝫ nil inter se dif-
ferre, enuntiationem, propositionem, quæ
stionem, quod problema uocant, intentio
nē, cōclusionē. Cū enim simpliciter pñntio
anima immortalis est, enūtiatio dicit. Cū
ut pars syllogismi sumitur proposition, anima
immortalis est Cū quis intēdit ad pro-
positionē dicens, unde certū aiam immor-
tale esse, tū intentio dicit. Cū porro intende-
rimus acquirendo, igitur anima immorta-
lis est problema. Cum ex propositionibus
colligitur, ut anima semper mouetur. qđ
semper mouetur, immortale. Ex quibus
propositionibus colligitur, ergo anima im-
mortalis, id cōnexio, a quib⁹ dā cōclusio no-
mina. Syllogismus igitur est oratio, in qua
positus.

positis, hoc est concessis, quibusdam aliud
tuenit necessario. Propter ea, quae concessa
sunt ab eo, quod est concessum. Est etiam
sententiae mentis, confictio ex sensibus, &
imagine comprehendens ex eis, quae sunt ea
que non sunt, ut hippocentaurum. Accedit etiam
ad syllogismum quatuor cognitiones, dis-
tingendi, quae dividit genus in species per
medias differentias. Distinguendi, quae ages
nere & differēt̄, quas distribuit cognitio
dividendi subiectum diffinit. Resoluendi,
quae compositum resoluit in simplicia, hoc
est corpus mixtum in humores, in cibos, ci-
bos in quatuor elementa. Hæc in materiā
& formam, & demonstrandi quae medio
aliquo propositum demonstrat, ut si propos-
titum sit mihi demonstrare animam esse im-
mortalem, capio medium, quod semper mo-
veatur, aicq; anima semper mouetur, qd'
semper mouetur, immortale est, anima igitur
immortalis. Scire tamen conuenit res-
oluendi uim triplicem esse, naturalem, ut
quæ iam dicta, sermocinalem, quæ logica
nominat, cum propositū syllogismū resolui
in suā figurā, & quæ dicitur mathematica
cum capimus quæsitiū ut confessum, receptū
et inferimus confessū, et unde propositū inueniē
ut de syllogismo demonstratio i dialectica
locutii

locuti ostendimus, ut est quæsitum an immortalis sit anima, hoc ipsum capio tanque receptum, dicendo, quoniam immortalis anima est. Sunt etiam uices redditæ bonarum, & malarum actionum. Si autem uices redditæ est iudicans, & iudicatum, est igitur prouidens & prouidentia. Deuenimus igitur ad prouidentiam a cunctis sapientibus receptam, inde per compositionem dico, quoniam est prouidentia. & iudex, sunt uices redditæ, & quoniam sunt uices redditæ, est iudicium, si iudicium immortalis igitur anima. Epichirema uero & uno modo concluditur. et eius usus circa credibilia sit ex inductione nascuntur. exemplū & similitudo. Syllogismi rhetorici. seu epichirematis. alij sex. alij quinque. alij quatuor alij tres esse partes uoluerunt Cicero quinque partes esse defendit. Quintilianus tres postissimum probat. id est consensu non Aristotelis modo. sed etiam multorum aliorum rectius, nam recte inquit ita habet ista natura. ut sit de quo quæratur. & per quod probetur. Tertium addi potest, uelut ex consensu duorum antecedentium, ita erit prima intentio. secunda assumptio. tercua conexio nec recte, ideo tamen putant tres esse partes. Quidam quod ratio primæ parti deputet.

a c exd

ac exornatio secundæ , quoniam si prima
pars caret ambiguitate, sicut & secunda nî
hil additur, si dubiosæ fuerint, cum appro
batione eger, & perinde singulæ suas desis
derant argumentationes, quæ suas quoq;
partes habeat necesse est. Enthymema por
ro a quibusdam syllogismus, a quibusdā
rectius pars dicitur syllogismi. Propriera
quod syllogismus propositionibus binis
concluditur. Enthymema satis habet si qđ
intendimus intelligatur, syllogismus sit tas
lis, sit quæstio, an uirtus bona, dicitur ome
nis animi bonus habitus , ergo uirtus bon
na , a diffinitione sumptum argumentum
syllogismusq; est, seu epichirema. Erit autē
enthymema si dicas, quia bonus animi ha
bitus, ideo bona est uirtus. Sit quoq; syllo
gismus, sit quæstio an bonum pecunia, ita
texetur, nihil est bonum quo quisq; male u
ti potest . At qui pecunia potest quis mæ
le uti, non igit bonū est pecunia qua quisq;
male uti potest. Oratori satis fuerit uti en
thymemate, pecunia bonum non est, quo
niam ea uti male quiuips otest. Vocarunt
autem enthymema nobilem omnem sens

Enthyme-

tentiam veteres , ut Heu nihil inuitis fas
quenq; fidere diuis, & Quid non mortalia
pectora cogis, Auri sacra famæ. Verum

quoniam quae ex contrarijs nascitur præ-
stare uisa est, ea præcipuum sibi enthymem-
atis nomine uendicauit, ut pro Milone Ci-
cero. Eius igitur mortis sedetis ultores. cui
uitam si putetis per uos restitui posse, nolis-
tis. Hoc etiā multiplicari solet, ut rursum.
quem igitur cum aliqua gratia noluit, hūc
noluit cum aliquorum querela, quem iure
quem loco, quem tempore non est ausus.
hunc iniuria, iniquo loco, alieno tempore
cum periculo capit is non dubitauit occide-
re. Optimum autem uidetur enthymematis
genus cum pposita dissimili, uel cōtrario
ratio subiungitur, quale est Demosihenis.
Οὐ γαρ ἐίτιω πωτε μή κα τὰ νόμους ἐπάρ-
χεν δέ τυτο εμιμήσο Διὰ τούτο ἀποφύ-
γοις δὲν δικαιώσε ἄλλας τολλώ μᾶλλον ἀλίγησ-
το ὥστε γαρ ἐίτις ἐάλω, σὺ ταῦτα οὐκ δὲν
ἔγειταις οὐ ποθε, διὸν τοῦτο ἀλώρε, ἄλλος οὐ γέρε
ψε. hoc est nō em si qd unq cōtra leges aēlū
est, idq̄ tu es imitatus, idcirco te conuenit
pcena liberari, qd contra dānari multo ma-
gis, nam ut si quis eorū damnatus esset. tu
hec non scriplisses, ita damnatus tu si fueris
non scriberet alius. Ceterum quoniam non
satis est docere auditorem oratori, ut for-
tasse philosopho satis, uerum delectandus,
& mouendus est præpostere epichirematis
partes

Partes plerumq; collocabuntur, ut aliquan-
do conclusio præponatur, & sequatur in-
tentio, siue assumptio. Variare certe oratio
nem etiam in cōexione oportebit, nedum
argumentatione, nam similitudo omnib⁹
in rebus satietatis est mater, id fieri poterit si
non similiter semper ingrediamur in argu-
mentationem, nam aliquando epichirema
te, aliquando inductione alioue utemur ge-
nere, deinde ipsam argumentationem non
semper a propositione incipiemus, aliquā-
do ut diximus a complexione, ut Epicuri
illud Mors nihil ad nos. nam quod est dis-
solutum, sensu caret, quod autem sensu cas-
ret, nihil ad nos Tr̄tior autem apud poetas
& oratores hic usus est q; ut pluribus doce-
re necesse sit. Enthymema certe, ut diximus
ex contrarijs acutissimum, ac per interro-
gationē, ut cur damnas. quam nō accusas?
& si bene meritam ais, cur male mereri asse-
ris? quādoq; ex cōsequentibus, ut pro Lis-
gario Cicero causa tum dubia, quod erat
aliquid in utraq; parte. qd probari posset, &
nūc melior quā etiā Dñ adiuuerūt, ita apud
poetas cōtrarijs, ut Virgilianū illud Hoc
pietatis honos, sic nos in sceptrā reponisc^e
Breuissime collectū, et Horatianū illud. An
vigilare metu exanimem, noctesq;. diesq;

Formidare malos fures, incendia seruos, ne
re compilent fugientes. hoc iuuat.

De inductione.

Inductio

Inductionem in arte differendi qualem
esse oporteat diximus, quare paucis de eas
dem hic loquemur. Est igitur, ut inquit Ci-
cero inductio, quae rebus non dubijs captat
assensionem eius quicunq; instituta est, qui
bus assensionibus facit, ut illi dubia quedam
res propter similitudinem earum rerum, q
bus assensit probetur, alijs sic. Inductio est
oratio per quam sit a particularib; ad universa-
lia progressio hoc modo. Si in regendis na-
uibus non sorte, sed arte legitur gubernator,
si in regendis equis auriga non sortis eu-
tus, sed commendatione artis assumitur, si in
administranda repu. non sors principem fa-
cit, sed regedi peritia, similiaq; in plurimis
conquiruntur, quibus infertur & in omni
quocq; re, quam quisq; regi atq; administrata
ri prudenter uolet non sorte, sed arte recto
rem ei accommodat. Sæpe autem multorum
collectio particularium quiddam particu-
lare demonstrat, si quis dicat, si neq; nauis
bus, necq; curribus, necq; agris sorte præfici-
tur, ne reb; quidem publicis rectores sorte
eligendi

eligendi sunt, quod argumentationis genus
maxime solet esse probabile, licet aliquan-
do a ueritate inductio aberret, ut hoc, qui
scit canere cantor est, qui luctari luctator, q
aedificare aedificator, quibus multis simili-
tudine collectis inferri potest, qui scit igitur
malum, malus est, quod neutriq uerum, ita
sit ut hoc genus argumentandi tripartitum
sit. Nam prima pars ex similitudine constat
una, pluribus ue, altera ex eo, quod concedi
uolumus, cuius causa similitudines adhibi-
tae sunt. Tertia ex complexione, quae aut
confirmat cōfessionem, aut quod ex ea cō-
sociatur ostendit. Ex inductione, ut iam dis-
ctum sepius est, nascuntur exemplum & si-
militudo. Est autem exemplum rei gestæ, **Exemplū**
aut ut gestæ utilis ad persuadendum id, qd'
intenderis cōmemoratio, quod tum ex iō
rō, tum ex parte simile esse debet. Simile ut
iure occisus est Saturnin⁹ sicut Grachi. Dis-
simile. Brutus occidit liberos proditionem
molientes. Manlius tiriurem filij morte
mulctavit. Contrarium Marcellus orna-
menta Syracusanis hostibus restituit. Ver-
res eadem abstulit socijs, a maioribus ad
minora, & a minoribus ad maiora ducun-
tur argumenta. Si propter matrimonia ui-
olata urbes euerſæ sunt, quid fieri adultero-

par est. Tibicines cum ab urbe discessissent
publice reuocati sunt, quanto magis prin-
cipes ciuitatis, & bene de repu. meriti, cum
inuidiae cesserint ab exilio reducendi? Ad
reprehendēdum ualent, ut pro Milone Cis-
cero negant lucem intueri fas esse ei, qui a
se hominem occisum esse fateatur, in qua tā
dem urbe hi homines stultissimi disputant
nempe in ea, quæ primum iudicium de ca-
pite uidit. M. Horatij fortissimi uiri, qui nō
dū libera ciuitate, tamen a Po. Ro. comitijs
liberatus est cum sua manu fororem esse in-
terfectam fateretur. A minore ad maius, ut
occidi non spurium Melium, qui annona
Ieuāda, iacturisq; rei familiaris, quia nimis
amplecti plebem uidebatur, in suspicioem
incidit regni affectati. Sequitur similitudo
quæ exempli proximas uires habet, huius
binæ sunt species, una quæ parabole a græ-
cis dicitur, quam Cicero collationē vocat,
altera icon, quæ imago. Parabole, ut p Mu-
rēna, quod si ex portu soluentibus, qui iā
in portum ex alto inuehuntur prædicere sū-
mo studio solent, & tempestatum rationē
& prædonum, & locorum, quod natura
affert, ut ihs faueamus, qui eadem peri-
cula, quibus nos perfuncti sumus ingress-
diantur, quo tandem me animo esse os-
portet

oportet, prope fam ex magna iactatiōe ter-
ram uidentem, in hūc cui uideo, maximas
tempestates esse subeundas. Verum talia
argumentandi genera in oratione soluta
rariuscule adhibentur, apud poetas frequē
tissime, quæ sane notiora sunt, q̄ ut a me re-
ferri necesse putem, sicut icon, in quo expri-
mitur rerum, aut personarum imago, ut
Sic oculos, sic ille manus, sic ora gerebat, &
Cassī illud. Quis istam faciem Limpidi se-
nis torquet, & in Pilonem. Non enim co-
lor nos iste seruiliis, non pilosæ genæ, non
dentes putidi deceperunt, oculi, supercilia,
frons, uultus deniq; totus, qui sermo quidē
tacitus mentis est, hic in fraudem homines
impulit, hic eos, quibus erat ignotus dece-
pit, sefellit, induxit, pauci ista tua lutulenta
uitia nouimus, pauci tarditatē ingenij stu-
porem, debilitatemq; linguæ. Itē si dicas
animum excolendum similitudine utaris
terræ, quæ neglecta sentes, ac dumos, culta
fructus creat, aut si ad curam reipu, hortes
ris, ostendas apes, & formicas, quæ non mo-
do muta, sed etiam parva animalia, in cōm-
une ne tamen laborare ex hoc getiere est il-
lud Ciceronis, ut corpora nostra sine mēte-
ria sine lege ciuitas suis partibus, ut neruis,
ac sanguine, et mēbris uti nō pōt, ac ut hūani

corporis pro Cluentio, ita pro Cornelio
equorum, pro Archia saxonum quoque us
sus similitudine. Illa uero propiora, ut remi
ges sine gubernatore, sic milites sine impe
ratore nihil ualeare. Solent tamen fallere sis
militudines, ideoque adhibendum in his ius
dicum, neque enim ut nauis utilior noua, q
uetus, sic laudanda amicitia. Ac de confir
matione iam satis.

Refutatio, siue reprehensio est per quam
argumentando aduersariorum confirmas
tio diluitur, aut infirmatur, aut alleuiatur,
haec eodem inuentionis fonte uitur, quo
confirmatio. Propterea quod quibus ex los
cis res confirmari potest, nisdem etiam po
test infirmari, neque etiam cætera absimilia,
nisi quod confirmatio simplicior, quod pro
ponatur uno modo, sed varie dissoluitur,
cum accusatori satissit, aut suadenti, aut ui
superanti, negatur, defenditur, transffertur,
excusat, deprecatur, minuitur, auertitur,
despicitur, deridetur, quare & clamosa fere
actio est. aut igit totum negandum est, quod in argu
mentatione aduersarius susperit. si fictum, aut
falsum esse possit dicere, aut redarguendo ea, q
uo uerisimilibus sunt. Primum dubia sumpta esse
pro certis, deinde etiam in perspicue falsis
eadem posse dici, tum ex his, quæsumpterit
non

non effici, quæ uelit. Accedere autem oportet
ad singula, sic uniuersa franguntur. Come-
moranda sunt etiam exempla, quibus simi-
li disputatione creditum non sit, conquirē-
da conditio communis periculi, si in inger-
tūs hominum criminorum sit exposita
uita innocentium. Istud inquit Quintilia
nus adiiciendum, ne ihs quidem consentire
me, qui semper argumenta sermone puro,
& dilucido, & distincto. Cæterum minime
laudo, ornatoq; putant esse dicenda. Nāq;
ea distincta quidem, ac perspicua debere eē
confiteor. In rebus uero minoribus etiam
sermone, ac uerbis, q; maxime proprijs, &
ex usu. At si maior erit materia nullum or-
natum ihs, qui modo non obscuret subtras-
hendum puto. Nam & s̄pē plurimum lus-
cis affert ipsa translatio, quoq; quid natura
magis asperum hoc condiendum est plus
ribus uoluptatibus, quæ multum ad audiē-
tis fidem faciendam adiuuant, ut cum Cis-
cerō. Silent leges inter arma inquit, & gla-
dium ab ipsis porrigi legibus, ubi modus
is tamen habendus ut ornamento sint, non
impedimento, post refutationem sequitur
conclusio.

De conclusione

Conclusio, quam alij perorationem, alij
I 5 cumulum

cumulum uocant, est exitus, & totius orationis terminatio. Eius duę sunt species, una quę in affectibus est posita, ut ea aut perturbentur animi, aut pacentur, ac leniantur, & si ita affecti ante sunt, ut augeat eorum motus, aut sedet oratio. Hanc partem sunt qui amplificationem uocent, altera uero species in rerum repetitione, & congregatiōne quę a græcis anacephalæosis, a nostris enumeratio nominatur, q̄d decurrentum sit per capita, non immorandum, quoniam tum nō tam enumeratio. q̄ quasi altera dici potuerit oratio. Est igitur conclusioni cum exercitio cōmune, conciliare sibi, auertere ab aduersario iudicem, concitare affectus, & cōponere, breuissimeq; præcipi potest, ut totas causæ suæ vires orator ponat ante oculos, & cum uiderit quidpiam inuidiosum, fauorable, inuisum, miserabile, aut in rebus esse, aut uideri posse, dicat ea, quæ si iudex esse ipse maxime moueretur. Augēdi igitur, mouendiuē affectus proprius est in perorando locus, et in ipso orationis cursu. Declinationes ad amplificandum dantur, aut confirmata re aliqua, aut reprehensa. Est igitur amplificatio grauior quedam affirmatio, quæ motu a nimorum

animorum conciliet in dicendo sīdem, ea
& uerborum genere conficitur, & rerum
uerba ponenda sunt, quæ uim habeant illu-
strandi, nec abusu sunt abhorrenia, grauia
plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata
non uulgaria, superlata, in primis quæ nec
in singulis uerbis, sed in continentibus
soluta, quæ dicuntur sine coniunctione, ut
plura videantur, augent etiam relata ad
idem uerba, iterata, duplicata, & ea, quæ
ascendunt gradatim ab humilioribus uer-
bis ad superiora, uelut supra de ampliis
candi generibus diximus, omninoqe sens
per quasi naturalis, & nō explanata oratio
sed grauibus reserta uerbis ad augendum
accommmodatior, quæ in tertia grammatis
parte a nobis ostensa sunt. Hæc igit
tur in uerbis inquam, quibus actio uocis,
et gestus congruens, et apta ad animos per
mouendos accōmodata est. At quoniam
uidentur tamen sensus, quod uerba perabsurda
cum grauiora sunt, quod causa diligenter fere
quid quæqe deceat iudicandum est. Rerū
amplificatio sumitur ex eis locis, qui ad fis-
dem faciendam expositi sunt, maximæqe
diffinitiones ualent congregatae, & conse-
quentium frequentatio, & contrariorum, &
dissimilitudinū, & inter se pugnantium
rerum

erum conflictio, & causæ, ea quæ sunt de
caulis orta, maxime & dissimilitudines, &
exempla, sicut etiam personæ, mutæ denique
loquantur, ut ipse Cicero rempu. in Cauil
linam inducit, omninoque sunt ea adhibenda, si causa patitur, quæ habentur magna,
quorum duplex genus. Alia namque magna
natura uidentur, alia usu, natura ut cœlestia
ut diuina, ut ea quorum obscuræ causæ, ut
in terris, mundoque admirabilia, ad augens
dumque omnia suppetunt, quæ uidentur ho
minibus aut prodesse, aut obesse uhemem
tius, quorum tria sunt ad amplificandum
genera, nam aut caritate mouentur homi
nes, ut dominorum, sanctorumque ut patriæ, ut
parentum, aut amore, ut fratum, ut coniu
gum, ut liberorum, ut familiarum, aut ho
nestate, ut uirtutum, maximeque earū, quæ
ad coniunctionem hominum, & liberalita
tem ualenti, inde cohortationes sumuntur
ad ea retinenda, & in eos, a quibus ea uiol
lata sunt odia incitantur, & miseratio na
scitur. Proprius est augendi locus de amiss
sis, aut amittendi periculo, in alienis enim
malis quid possit nobis obuēire ac nostris
animo uolutamus, itaque in quibus malis
sit, futurusue sit breuiter exprimatur, nihil
enim celerius, ut Apollonius Rhodius in
quiebat

inquietabat Atescit lachryma in alienis præseruum malis, nec quicquam in amplificatiōne nimis enucleandum, minuta enim est omnis diligentia, conclusio quidem granđia requirit, diligentia uero iudicium. In eis porro causis, quæ ad delectationem exornantur, ut generis demonstratiui ñ loci tractandi sunt, qui mouere hominis expectationem possunt, admirationem, uoluptatem. In cōhortationibus autem, ut in genere fere deliberatio enumerationes, et exempla ualēt plurimum. In iudicijs accusator fere, quæ ad iracūdiam reo, plurimūq; ad misericordiam pertinent, nonnunquā tamen accusator misericordiam mouere debet, & de fensor iracūdiam. Enumeratione nonnunquam laudatori, fuisori non s̄epe accusatori s̄epius q̄ reo necessaria, idq; cū aut memoriae diffidas eorum apud quos agas, uel interuallo temporis, uel longitudine orationis, aut frequentatis firmamentis orationis, & breuiter expositis, sed erit in enumeratione uitandum, ne ostentatio memorie suscepita uideatur esse puerilis, id effugier, qui nō omnia minima repetet, sed breuiter singula attingens ipsa rerum pondera cōprehendet. Ac de cōclusione hęc fas sit hoc tēpore dixisse arbitramur, pręcipuū

&

& oratorem & magistrum dicendi secuti
Ciceronem', quæ ut exordium orationis
totius caput artificiosissimum est, ita termi-
nus conclusio, quæ duæ partes tantum ad
persuadendum, mouendumq; ualent, ut
solæ quandoq; apud græcos suspectissimæ
habitæ fuerint, adeo ut ad concionem in-
grediente oratori præconis uoce inhibere-
tur, ne prohœmio, ac conclusione uteretur
non alia certe de causa, q; quod his binis o-
rationis partibus animis audientium ab
oratoribus aliquando tenebræ offunderē
tur, nec satis quid uerum esse possent discer-
nere, ut eis facile de manib; causæ eriperē-
tur. Deniq; cum de oratoris, rhetoricesq;
instrumēto satis locuti nobis esse uideamur
ne quidem rhetorices, alia sunt nobis mu-
nera omittiēda. Ac de historia primo mox
reliqua proseqitemur.

Desribenda historia, quidq; in ea po-
steris tradenda præcipuum sit.

Hystoriæ nomē apud græcos latius patet,
quā hodie capi ferē soleat ab oib;, quicqd
enim uere, grauiterq; explicatur, ea plane
uocem sortiri consueuit. inde Aristoteles
statim in ipso de anima uoluminis primi
principio, quæ de anima disputaturus ap-
pellat hystoriam, quod nos hoc tempore
sequēdum

sequendum non ducimus. At rerum gestarum, & memoriæ ueteris ordinem cunctarum ciuitatum, imperiorumque populorum clarorumque famam virorum, rerumque illustrium, ut habuerunt expositionem postea risque traditionem historiam uolumus intellegi, quod non modo scitu pulchrum, sed etiam bene instituto, liberaliterque educato necessarium esse ducimus. Nescire siquidem quid antequam natus sis acciderit, id est semper esse puerum. Quid enim est ætas hominis, nisi memoria rerum ueterum cum nostra ætate contextus, ob eamque rem orationi in republica uniuscuiusque sua, authoritatem, & delectationem procreat historia.

Commemoratio enim antiquitatis, exemplorumque prolatio summa cum delectatione, et existimationem egregiam orationi affert, et fidem. Quid igitur in tradenda posteris historia, præcipue expeditat consecratio, haud quaquam satis potest definiri, magnos siquidem, et inter se diuersos ea res habet autores. Prisci namque Romanæ scriptores historiæ satis esse putauerunt, mensuram non esse, quibus historia annales propemodum erant, idque custodierunt memoriarum publicarum retinendæ causa Rosmanii ab Romanarum rerum initio usque ad

initio usq; ad. P. Mutium pontificem ma-
ximum, ut res omnes annorum singulorū
literis mandaret pontifex maximus ppo/
nebatq; tabulam domi inquit Cicero, ut
potestas esset populo cognoscēdi, quod i-
gnorare inqt, quæ res gestæ antecessissent,
nil aliud esse, q;perpetuo puerascere arbitra-
rentur, & hi annales maximi nominabā-
tur. Posterī autem, ut hodie chronica uoci
citarunt, hanc similitudinem scribendi secu-
ti sunt multi, qui nullas in dicendo uene-
res aucupati fatus habuerunt, tempora ho-
mīnes. loca. resq; gestas ostendere, & perin-
de tales apud græcos Pherecydes Hellanis-
cus. Acesillas, alijq; permului, quales apud
Romanos Cato, & pictor Fabius, & Piso
suisse perhibentur, qui necdum quibus res-
bus ornaretur oratio tenuerunt. Modo et
nīm quæ uellent exprimerent, & quid dice-
rent intelligeretur, unam dicendi esse laudē
putauerunt breuitatem, quod ut Cicero p-
bat, ita etiam hac uirtute. Cæsarīs commē-
tarīos esse ostendit insignes, quandoquidē
nudi sunt inquit, & aperti recte. & uenusti
omni ornatu orationis, tanquam ueste de-
tracta, nam subiicit statim, nihil est enim in
historia demū pura, & illustri breuitate dul-
cius, hac uirtute Crispus Salusti⁹ mirabilis
censetur

cēsetur historicus, quos memorauī prīscos
Romanorū, qui secuti sunt sese aliquān-
tum erexerūt, maioremq; orationi sonum
addiderunt, ut antīpater Crassī familiaris.
Græcos uero iam dīctos secuti sunt homi-
nes facundissimi Herodotus, & Thucydīs-
des, iudicio tamen dissimili. nam Thucydīs
des grandescere oratione breui, facūdia cū
cta complecti. A uero nō abesse optimum
in scribenda iudicat historia quando id po-
tissimum conseftatur. Contra uero Herodotus
omnes dicendi lepores auctupatur,
nec turpe putat historiæ fabulas inserere, si
cūt ne quidem Theopompus, quo legen-
tium menibus iucundior illabatur, sibiq;
hominum plausus admoueat. Obleftatio
nem ergo sumum in scribēda ratus est hi-
storia, sicut præcipuum alij se, ac suos laudi-
bus efferre censuerunt. Nam ut Cicero in
quit ipsæ familiae sua quasi ornamenta ser-
uabant, & ad usum si quis eiusdem generis
occidisset, & ad memor am laudum dome-
sticarum, & ad illustrandam nobilitatem su-
am, q̄q; his laudationibus historia rerum
nostrarum est facta mēdosior. Multa enim
scripta sunt in eis, quæ facta non sunt falsi
triumphi plures consulatus. Genera etiam
falsa, et ad plebem transitiones cū homines

K humiliores

humiliores in alienum eiusdem nominis insu-
derentur genus. Alij uicissim, ira argutum
dicendi genus probarunt in historia, ut eti-
am ementiri sibi concederint, quo aliquid
dicere possint argutius, quemadmodum Cli-
tarchus, & Stratocles de Themistocle cons-
sixerunt. Nam quem Thucydides, qui As-
theniensis erat, & summo loco natus, & su-
musq; vir, & paulo ætate posterior tam
mortuum scripsit, & in Attica clam humas-
cum, addidit fuisse suspitionem ueneno sibi
mortem consciuisse. Hunc aiunt tauro im-
molato, & eius poto sanguine mortuum co-
cidisse. Cur id, nempe q; mors illa uulga-
ris nullum ornatum admittebat, rationis
mentes non ita percellebat, ut illa, quæ tra-
gicorum more gemitus poterat excitare.
Alij insuper dominari in historia eruditum
dicendi genus putauerunt, ut Timæus Quip-
pe, qui rerum copia, & sententiarum varie-
tate fuit abundantissimus. Alij cōmoniti-
nes præcipuum sibi locum defendere in hi-
storia censuerunt, ut Valerius Maximus
omni hominum generi. Frontinis vero
militaribus dumtaxat uiris, uarijs, ac mul-
tiplicibus historiam exemplis & commos-
nitionibus referserunt, nec quicquam as-
ciud,

aliud nisi id unum modo moluntur. ut Plinius naturae uarietatum immensa rerum cognitione conatus est explicare. Alij alias scribentes uarijs historijs, quæ dicerent cuncta perfundere, pulcherrimum putauerunt ut geographiam scribens Strabo ipsam historijs, & luculentissima uarietate illustrauit. Quam uaria fuerint historiam scribentium iudicia, haec tenus satis fuerit ostendisse.

Quid uero nos sequendum esse ducamus, non uerebimur subiçere Cicero's ni potissimum astipulati, & quem in omni prorsus dicendi genere, sequemur. Is igitur primam inquit quis nescit esse historiæ legem, ne quid falli dicere audeat, deinde nequid ueri tacere audeat, nequa suspi tio gratiae sit in scribendo, nequa similitudinis, hæc scilicet fundamenta nostra sunt omnibus, ipsa uero exedificatio posita est in rebus et uerbis, rerum ratio ordinem temporum desiderat, regionum descriptiōem, in rebus magnis, memoriaque dignis cōsilia primum, deinde acta, postea euentus expectantur, & de consilijs significari, quid scriptor probet, & in rebus gestis declarati non solum quid actum, aut dictum sic sed etiā quo consilio, & cū de euentu dicat

K 2 ut causæ

ut causæ explicitentur omnes, uel casus, uel
prudentiæ uel temeritatis, hominumq; ips
orum non solum res gestæ, sed etiam qui
fama, ac nomine excellat, de cuiusq; natura
atq; uita. Expectationibus promittendo te
neatur auditor, nihil em magis mulceret aus
ditorē, lectoremque, q; ut noua aliqua, & exi
tus magnos fore intelligat, quod nulla hu
manum genus res æque moueat, ac cogni
tio, a qua rerum obscuritate aliquando dis
mouemur, nō sine tamen magno intelligē
di desiderio, eo igitur magis oblectat histo
ria, quo nobis apertior accedit, & perinde
eam solemus ad extremum ulq; persequi,
citra prorsus omnem molestiam pretermis
sa repetimus, inchoata persequimur, quin
& homines infirma fortuna nulla spe rerū
gerendarum opifices, deniq; ipsis delectan
tur historia, uel etiam confessi senectute, fa
mem, sitim, frigus, æstum. labores tolerant
omnes, res gestas audiendi, aut legendi au
ditare affecti. Proinde ut suauis adhuc irre
pant omnia, uerborum ratio, & genus ora
tionis esse conuenit fusum, atq; tractum, &
cū lenitate quadā eq̄ibiliter pfluēs, sine asper
ritate, sine forēsib; aculeis, ad poetasq; q; ad
oratores Cicero historicos, ppius putat ac
cedere, apud q;s narrat ornate, psonis apta
accōmodantur.

accommodantur, s^epe regio, aut pugna si-
gnificauerit describitur, ubi doctrina opus
est aperitur. Nam astrologie quandoq^z lo-
cus, quandoq^z geometrie, nec minus alias
rum disciplinarum, ideo ut Quintilianus
inquit, Reprehensfūt a geometris historiis
et, quia magnitudinem insularum satis si-
gnificari nauigationis ambitu crediderunt
Recte Quintilianus ut de quadrangulis os-
tendit, id nos de triquetris figuris ostenda-
mus, ut Sicilia est, locac^z multa alia. Sint
igitur binæ triquetrae figuræ, quarum uni-
us singula latera quina milia passuum ex-
pleant, & basis octo. alterius figuræ latera
quidem tantumdem singula perficiat, sed
basis sex. Ambitus certe non idem, si quis
dem huius est decem, & octo illius autem
sexdecim, at spatij tantumdem includunt,
nam cum sit cuius est basis octo perpendiculari-
tatis irium, & cuius basis sex quatuor
milium, & in area dinoscenda triquetrae es-
tusmodi oxygoniæ figuræ dimidium basis
cum perpendiculari conferat, tantumdem
efficiet ter quatuor, quantum quater tria
nempe duodecim. Quod uero eam esse per-
pendiculararem oporteat, ex eis que in geo-
metria tradidimus, cuius potest innotelce-
re, uelut si in lateribus oxygoniæ triquetrae

K ; figuræ

figuræ singulis decem ponantur, & talium
in basi duodecim inueniēda mihi hoc mos-
do fuerit perpendicularis, decies in sese cen-
tum facit, basis pars dimidia, nempe sex in
sese triginta sex, id auferatur ex centum, re-
liquum erit sexaginta quatuor, cuius qua-
drati latus est, octo tamen idem est eius f. g.
ræ triquetrae perpendiculari, ita ergo. In
singulis lateribus positū est, quinqꝫ erit qua-
drat⁹ uigintiquicꝫ pars dimidia basis, que
octo quatuor quadratū sexdecim facit, au-
feratur sexdecim ex uigintiquincꝫ, reliquū
est nouem, cuius quadrati latus est trium,
quæ perpendicularis, at cuius basis fuit sex
nam latera iam paria fecimus, ut ipsa quo-
que uigintiquinque perficiant. Basis ergo
pars dimidia, quadratum nouem efficiet,
quod ex uigintiquincꝫ ablatum relinquat
sexdecim, cuius quadrati latus est quatuor,
& idem perpendicularis. Hæc in-
quam nosse etiam oportere historicum
non iniuria commonuit Quintilianus
gravis, & acutus in primis author. Cæs-
terum affectus non leniores modo, sed
etiam acerbiores. Interponuntur etiam cō-
tiones, in qbus Liuius facūdissimus inues-
nit, & hoītaūōes in qbus metus absierent

iræ suscitantur, & indignationes, consilii
armantur, in quibus fusa, fluentiæ nō tam
contorta, & actis, vibransq; expetitur ora-
tio. Clausulas autem historicō conuenire
Demetrius phalereus censet minime circū-
ductas, ambitiosasq; necq; adeo summissas,
sed inter utrumq; temperatas, ut quandam
præ se ferant maiestatem sentientiæ. Idem
quocq; iudicat in historia potentissimum, ut
non modo non falsa sit, sed ut plane proba-
bilis esse videatur. Ac de historia quidem
struenda, quam Pherecides Cyrus primus
fertur scripsisse hactenus dictum sit. Nunc
de dialogo paucā subiiciamus.

De dialogo.

Genera orationis inquit Apollonius ad
Scopelianum sunt quinq; , philosophum,
historicum, oratorium, & epistolicum, &
commentatorium. Primum ex vi uniuscu-
iusq; sua ingēt p̄gignit. nā siue dialogis, siue
p̄petua texat oratiōe dialecticis disputatōi-
bus, & p̄petuo premit acuminē. Docti em̄
q; ita loquunt̄, et inter doctos uerū querētes
minutius, & scrupulosius lectant̄ oīa, ut ad
liquidū, cōfessumq; perducāt. At oratoriō
d' aliorum iudicia componēda est oratiō,
K 4 saepiusq;

Sæpiusq; apud omnino imperitos, atq; alii
arum certe ignaros litterarum loquendum
est, quos nisi & delectatione alligemus, &
uiribus trahimus, & nonnunquam turbas
mus affectibus ipsa, quæ iusta, ac uera sunt
tenere non possumus, ut ergo locuples, &
speciosa oratoris fuerit eloquentia, ita phi-
losophorum certis, & crebris conclusionis
bus, & in unam prope formam cadentib;
concisa, ut contemptum quandoq; ex hu-
militate, & ex copia satietatem, in dialogis
speciosissimus, idemq; grauiissimus author
fuerit nobis magister Plato, in perpetua ue-
ro oratione acutissimus Aristoteles. Cum
ergo Demetrij phalerei sententia sint tria cir-
cutionum, quas periodos uocat greci ges-
nera, unum historicum, alterum rhetoricum,
tertiū disputatorium. hoc ultimum remiss-
sius inquit, simpliciusq; utroq; superiorum
est, uixq; ut uideri possit esse periodus. Nā
quemadmodum carmen, quo laudes clas-
sissimorum uirorum celebrantur, grande
& sonorum est, & satyricum, humile, solu-
taeq; orationi, & qua inter nos sermocina-
mur consimile, ut Horatianum illud libam
forte uia sacra, sicut meus est mos, ita ad os-
ratoris, historiciq; oratione disputatoria di-
stinguitur oratio, ut Ciceronis dialogus de
anima.

anima. Age iam concedo non esse miserōs
qui mortui sunt, quoniam extoristi, ut fas
terer, qui omnino non essent eos ne miserōs
quidem esse posse, ita enim sit, ut in his
uix finem possimus deprehendere. Gaudes
re autem dialogum, idem author existimat
urbanitatem, & proverbijs uicq; loquentis pa-
sonae proprietas in primis custodiatur.
Ac de dialogo, disputatorioq; sermōe hoc
tempore hæc satis putamus. Ad epistolicū
genus deuenio, quod paucissimi pariter id
genus, carpimq; attingam.

De genere epistolico.

Epistolam græci a mittendo, literas ali-
terarum, hoc est elementorum multitudis
ne nostri uocitarunt, nisi a liture dicantur,
quæ sunt, cum non ea cura mittuntur, qua
cetera, quæ non ad familiares perferuntur
In tenui, humiliq; scribendi genere hic lo-
quendi uersatur modus Demetrij phalerei
sententia. Artemon igitur Aristotelis epi-
stolarum interpres ait, eadem esse epistolas
scriendas ratione, qua & d. logos, quod
dialogi pars altera sit epistola, iure inquit
alij hoc, nō tamen qd' oportuit usquequaq;
cōplexus est, pluraq; illis uidentur dialogo

Epistola contineri. Imitatur siquidem dia-
logus extemporalem, impræmeditata m̄g
orationem. Epistola uero scribitur, ut quo-
dammodo legatur donum, ac manus, tes-
nuesq; dialogorum sunt solutiones cuius
modi epistolis minime conueniunt. Abdis-
tum enim quiddam est in scribendo solus-
tio. Imitatio quoq; & quasi figuræ cuius
dam expressio, non tam familiaris in scribē-
do, ac propria, ut in concertatione esse so-
let, in Platonis illud Vnus, duo, tres, ubi
nam quartus o care Timæ: ut illa Quid
contraxisti frontem. Huiusmodi namq;
locutio, atque imitatio potius conuenit his
scribentibus epistolas. Morales
autem sententiae epistolis, dialogisq; pari-
ter conueniunt, ita ut epistola, ac dialogus
scribentis, loquentisq; animæ quandam
referant imaginem. Ex omnibus inquit
Demetrius phalereus, ac Dionysius Halic-
arniseus sermonibus est scribentis mores
intueri. At ex nullo tam perspicue, q; ex
epistola. Breves autem esse oportere epि-
stolas putant, quod longæ, uerbosioresq;
non epistolæ, sed iam uolumina habenda
sint. quemadmodum Platonis multa. solus-
tior, liberiorq; sit oratio, ambitibus enim
uti, ut si orationem condas ridiculum sit,
ac non

ac non ridiculum modo, uerum etiam in-
gratum, quodq; sanæ mentes auersentur
frequens sit epistola proverbijs, & eis om-
nibus, quæ supra in humili genere memos-
rauimus, qualia sunt Salua res est, saltat se-
nex, osculana pugna, uigilas somniat, sero
sapiunt phryges, apula papyriæ, uictis,
in fossâ canterius, nec non rideo canterium
& non omnibus dormio, & nescis quid se-
rus uesper uehat, & nescis quid distet inter
os, & offam, & summum ius, summa inius-
ria, & nondum omnium dierum solem oc-
cidisse, taliaq; quæ humili omnia congru-
unt orationi. Nec illud omittendum non
locutionem solum, uerum rem certam di-
ci epistolarem, id quod uidit, & notauit
Aristoteles, qui non hoc ad te inquit scri-
bo, quoniam epistolicum non est. Nam
si quis in epistola sophismata, uel de rerum
natura scribit, mathematicumue aliquid,
is quidem scribit, non uti epistolam. Mode-
stam siquidem ac prudenter epistolam, bre-
uem esse par est, dec̄ re simplici, nominib⁹
constare simplicibus. Epistolæ namq; des-
cor, ac uenuitas est, ut legentibus obuiæ
gratæ, prudentia referatæ sint, proverbijs
acceptæ, congruæq; de qua agatur ma-
teria, ita sapienter scribi opinantur, quod
in

quod in epistolis utcumque uersu custodit
Horatius, quod epistola sicut proverbiū
quiddam commune, ac uulgare sit. Nam
qui decore sententiarum epistolam cupit
implere, non iam inquit Demetrius loquē
tis similitudinem gerit, sed struentis aliquid
quare in hac parte non defuerunt, qui Sene
cam incellerent, quod disputationes pro e
pistolis habendas esse existimauerit. Aris
stoteles nimurum demonstrationibus uti
in epistolis, cum docere uult exiguis, sicut
& amplis ciuitatibus beneficiendum esse
inquit. Dij in utriscq; æqui. Proinde quādo
quidem gratiae deæ sint. æquum te viricq;
præbeas, talis propemodum argumenta
tio epistolaris est, quamobrem quoniam
contingit quandoq; ad res publicas, quan
doq; ad reges mittere epistolas sint eiusmo
di literæ aliquanto compiores, grauiores
dignitatiscq; personæ habentes rationem.
Concinna sit inquam epistola, ut memine
rimus tamen nos epistolam scribere, non
librum condere, cuiusmodi ad Alexandrū
sunt Aristotelis, necnon Platonis ad Dio
nis familiares. Deniq; ut Demetrius, Dio
nysiusq; arbitrantur dupli genere dicen
di misceatur epistola, gratioſo, ac tenui. Ac
de epistola quidem haclenus. Nunc de
imitatione

imitatione dicendum existimamus.

De imitatione.

De imitatione dicturus, qui sint imitatiōne authores digni, ducere commitemos rāndos, si putarem esse necessarium. At cū hoc totum sit in iudicio legentis positum, quod tum prudentia, tum doctrina comparatur. Si prudentia scripturus careat ne quidem electissimos authores nouerit imitari, ac si quam superius tradidimus doctrinam tenuerit, ac si poterit perpendere iudicio quis, & quo loco dignus imitatione uideatur. Modus ergo imitandi hoc tempore dumtaxat nobis aperiendus est, q[uod] uero sit utilis imitatio tam manifesta est, ut pluribus explicare superuacuū sit. Nam si imitari est se alicui facere persimilem, claris auctoribus se efficere consimilem, q[uod] ad id q[uod] assequi uelis comparādum, expediat quis non uiderit. Imitationem igitur primo esse conuenit eiusmodi, ut cū aliqua in re fueris imitatus, ipse tua inuentione subdas alias, nec enim inuentum quicquam forer, si priscis temporibus p[ro]pterea homines nihil sibi cogitandum existimauissent, & in aliis nis semper inuentis hæsisserent. Nūc autem contra, nulla est ars, nullaque disciplina qualis inuenta est, & perinde ab illa antiquissimorū inopia

inopia quasi per manus ad nos perductæ
artes seracissimum nobis campum consti-
tuere, a quo quantum uis possis indipisci,
tibiq; decerpere, nec consilium esse opos-
tet nostrum, ut unum modo imitemur.

Huius enim uim, melius illius asperitatem
alterius diligentiam, aliis iudicium, & ad
huc aliorum alia satius erit imitari, ut nos
bis plurium bona ponamus ante oculos,
& quod cuic; loco conueniat aptemus.

Imitamur ergo inuentionem, dispositionem
& elocutionem, quæ prohœmij, quæ nar-
rationis ratio, quæ uis arguendi, quanta in
affectibus omnis generis mouendi soler-
tia, imitabimur inquam, si suppleamus us-
bi desit, si concidamus, quod redundabit,
recteç; nos commonet Horatius. Publis
ca materies, priuati iuris erit. Si non circa
uilem, patulumq; moraberis orbem, quod
quomodo id facere conueniat, nos clarissi-
mi docebunt authores, nam ut Virgilius
multos imitatus, ita Homerum in primis
græcum, latinum autem Lucretium. Cice-
ro Platonem, atq; Demosthenem. Lices-
bit ergo nobis ipsos hos eloquentissimos
præcipue inspicere. & ad imitandum es-
am sequi uiam, & tanquam duces per os
me dicendi genus. Verum de imitatio-.

haec

hœc satis. Sequitur exercitatio.

De exercitatione.

Extrinsecus quomodo petenda nobis ad
scribendum auxilia sint, imitando diximus
nunc quemadmodum ex nobis uis, & co-
pia dicendi comparandi stilo, & exercitati-
one commonendum. Vocat enim non
iniuria. M. Tullius stylum dicendi artificē,
quare, & quādiligentissime, & quampluri-
mum scribendum est, ita demum prosector
dicendi augetur, & examen & ingenij uis
non modo non perit, sed multo maxima
locupletatur, memoria confirmatior, & re-
rum copia huberior redditur oratio, sine
hac enim exercitatione extemporalis dicē-
di facultas, inanem tanum loquacitatem
dabit, effutientur in labris nata uerba, quo-
rum radices et fundamenta stilo insita erūt
a quo solida, & integra tanquam de sacra
rio aliquo deprometur eloquentia, quæ se-
per tanquam de perenni fonte emanabit.

Contra uero a quantocunq; hauriatur
ingenio, tanquam pluuiâ aqua quandoq;
exarescat necesse est, aut fæculenta, turbis
dæq; hauriatur ut puerilis, ut peruvulgata, ut
affectata appareat oratio. Proinde res-
te a Quintiliano commonemur ut sit nel-

uel tardus dum diligens stilus, quæramus
optima, nec primo sese offerentibus gaude-
mus. Adhibetur iudicium inuentis. dispo-
satio probatis. Habendus enim rerum, uer-
borumque delectus, et singulorum examinā-
da sunt pondera, postea subeat ratio collo-
candi, ratio numerorum, ubi eorum usus
aduenerit habeatur, ac ut diligentius fiat re-
petendæ sæpius erunt clausulæ, ita namque ui-
res redintegrantur, danda tamen calescet i-
ingenio uela. At quoniam omnibus sua cū
nascuntur placet, prouidendum fuerit ne
fallant retractante cuncta iudicio, ita namque
Salustius, ita Virgilius scripsisse, pduntur,
eius tamen quod scribas ratione, nam in es-
pistola præsertim familiari satis erit perspe-
cta rei natura dicas, ita ne quid tibi officiat
Cæterum quo simplicius scriptum fuerit,
eo magis probabitur, eritque a nostro impe-
trandum gaudio ne nobis nostra nimis pla-
ceant, neue displiceant, nec spectando con-
tignationem paumentum arbitrari debes-
mus, inde posse, quod nos iuuet quidpiam
elicere, aut cogitando murmure tanquam
classico nobis ipsiis placere, sed qua de re no-
bis dicendum, quid poscat res ipsa circum-
stantias omnes rintando, quid personæ de-
ceat, quid tempus, atque ita prius nobiscum
meditati

meditati ad scribendum, dicendumue acce-
demus, ita animi nostri uis & natura initia
& quæ sequentur facile suggeret, quod si cu-
stodierimus neç cogitatione nimia æstu-
bimus, neç oblata materia stilo per ea de-
curremus uelocissimo, ut iure inemendatū
sit quicquid ita proiectur. Fugienda ergo
ista mollices, ac desidia, nec tantum nobis
ignoscamus, ut scripta incudi rursus non
subiiciamus adiçiendo, detrahendo, muta-
do, ut in arte poetica Horatiana admoniti-
one memorauimus, tumida deñcienda, hu-
milia attollenda, luxuriantia compescenda
astringendaq; sunt. Inordinata digerenda,
dissoluta, dissipataq; componenda, exultā-
tia coercenda, ubi damnanda fuerint, quæ
placuerant, & quæ fugerant reuocanda.
Reponantur itaq; quæ scripsimus ne recen-
tia nobis nimium blandientia seducant ra-
tiōem, atq; iudicium, quo ad ea redeamus
amore illo deposito seueriore iudicio, alia
expungendo, alia immutando, alia transfe-
rendo, ut omnia poliat recens ingenij, iudi-
cijq; lima. Facultatem uero quantacunq;
nobis possimus in dipisci cogitatione com-
parabimus, in qua sine cōtrouersia non iu-
dicum modo, ac iudicij uis magna collos-
cata est, sed etiam facundiæ ipsa nāq; mens

L a ceteris

a cæteris sese reuocans rebus cum id com-
modius fieri potuerit, cum otium maxime
nocturnum est. tum ad cogitandum inten-
tior, euigilantiorq; inuenit. disponit. uerba
connectit, & contexit orationem. ita enim
Galba tradente Cicerone. qui nihil scrips-
it, cogitatioe sola insignis orator, habitusq;
façundissimus est, unde in tantum surrexit
Demosthenis eloquentia fastigium, nisi a
cogitatione, quæ sane pederetur usu, & ex-
ercitatione augenda est, ideo Menander so-
la cogitatione fabulam complexus comœ-
dia confecta est dicere solebat. Quæsitum a
clarissimis viris scio quid exercitatiōis cau-
sa potissimum stilo committendum esse ui-
deatur. Plurimi itaq; clarissimiq; authores
monent e græcis in latinum multa esse con-
uertenda, quod cum plurimi, tum ipse Cis-
cero securus est. Xenophōtis enim œcono-
micon librum adolescens conuertit, necnō
Arati phænomena carmine. Timæi Plato-
ni partem multo difficillimam, suum les-
cūtus iudicium transtulit, nobilissimamq;
Æschynis in Demosthenem, & Demos-
henis in Æschynem orationes, ut quodq;
nam optimum dicendi genus esset nobis
indicaret. Hoc ideo faciendum, quia
ut inquit etiam Quintilianus rerum copia
græci

græci authores abundant, & plurimum in eloquentiam contulerunt, & hos transferētibus uerbis uti optimis licet, omnibus enim utimur nostris. Figuras uero illinc duxeris, quibus maxime ornatur oratio multas, ac uarias. Excogitandi etiam necessitas quedam est, quia plerumq; a græcis Romana dissentunt, ut nos quoq; in arte poetica indicauimus. Sunt qui putent uersus latinos elegantissimos in solutam orationē conuertendos, sensusq; eosdem alijs reddēdos uerbis. Alij potissimum circa difficultatem exercendam eloquentiam, quod si obtineri possit, ut apte dicatur, longe utilissimum est in ea potissimum parte, & uis in genij, & eloquentia cognoscitur, inde facultas innascitur ad quæcunq; alia facilia tertiū uolubilitate referenda. At non aliena modo transferre, sed etiam nostra plurimis modis tractare profuerit, nec nostra modo, sed etiam aliena, ita theses anteq; ad hypothesis ueniamus poterimus, nec non reliqua, quæ in præexercitamentis, tum Hermogenes, tum Libanius tradidit & Aphthonius. Aliquando historia, aliquando dialogis, quandoque epistolis longius aliquid explicantibus gestiendum

L 1 Iustans

gestiendum, lusitandumq; est. Verum
ut in hac parte pro loco satis
multa, ita de eloquen
tia plura
subiñcienda esse
non existis
mam?.



T E A G.

QVINTILIA

NVS DE INSTR VME N^o
to oratoris.



ÆC SVNT
quæ me redditus
rum promiseram
instrumenta, non
artis, ut quidā pu
tauerūt, sed ipsius
oratoris, hæc ar
ma habere ad ma
num, horum scien

tia debet esse succinctus, accedente uerbore
figurarumq; facilis copia, & inventionis ra
tione, & disponendi usu, & memorie firmis
tate, & actionis gratia. Sed plurimū ex ijs
ualet animi præstātia, quam nec metus siā
gat, nec acclamatio terreat, nec audientium
authoritas ultra debitā reuerētiā tardet. Nā
ut abomināda sunt contraria ijs uitia con
sidentiæ, temeritatis, improbitatis, arrogā
tiæ, ita ciura constantiam, fiduciam, fortitu
dinem, nihil ars. nihil studium, nihil pfectio

L 3 ipse

ipse profuerit, ut si des arma timidis, & im-
bellibus, inuitus me hercule dico, quoniam
& aliter accipi potest, ipsam uerecundiam,
uitium quidem, sed amabile, & quae uirtu-
tes facillime generet, esse interim aduersa,
multisq; in causa fuisse, ut bona ingenij, stu-
dijq; in lucem non prolata situ quodam se-
creti consumerentur. Sciat autem, si quis haec
forte minus adhuc perit distinguendi uitium
cuiuscq; uerbi leget, non probitatem a me
reprehendi, sed uerecudiam, quae est timor
quidam reducens animum ab ijs, quae fa-
cienda sunt. Unde confusio, & coepiti poenitentia,
& subitum silentium. Quis porro
dubitet uitij ascribere affectum, propter
quæ facere honeste pudet. Neq; ego rursus
nolo cum, qui sit dicturus, & solicituta sur-
gere, & colorem mutare, & periculum in-
telligere, quæ si non accident, etiam simu-
lada erunt, sed intellectus hic sit operis nō
met, moueamurq; non concidamus. Op-
tima est autem emendatio uerecundiæ fidu-
cia, etiam quælibet imbecilla frons magna
conscientia sustinetur. Sunt et naturalia
ut supra dixi, quæ tamen & cura iuantur
instrumenta, vox, latus, decor, quæ quidem
tantum ualent, ut frequenter famam ingenij
faciant

faciant. Habuit oratores ætas nostra co-
piosiores, sed cum diceret, eminere inter æ-
quales Trachalus uidebatur, ea corporis
sublimitas erat, is ardor oculorum, frontis
authoritas, gestus, præstantia, uox quidem,
non, ut Cicero defyderat, pene tragœdiorū
sed super omnes quos ego quidem audie-
rim, tragœdos. Certe cum in basilica Iulia
diceret primo tribunali, quatuor autem iu-
dicia, ut moris est, cogerentur, atq; omnia
clamoribus fremerent, & auditum eum, &
intellectum, & quod agentibus cæteris co-
tumeliosissimum fuit, laudatum quoq; ex
quatuor tribunalibus memini, sed hoc uo-
tum, est, & rara felicitas, quæ si non adsit,
sane sufficiat ab his, quibus quis dicat audi-
ti talis esse debet orator, & hæc scire.

Necessariam oratori cogniti-
onem historiarum.

IN PRIMIS uero abundare debet
orator exemplorum copia, tum veterum
tum etiam nouorum, adeo, ut non ea mo-
do, que conscripta sunt historijs, aut ser-
monibus, uelut per manus tradita, queq;
quotidie aguntur, debeat nosse, uerum
ne ea quidem, quæ sunt a clarioribus

L 4 poetis

poetis facta negligere. Nam illa quidem
priora aut testimoniorum, aut etiam iudicato-
rum obtinet locum, sed hec quoque aut
uetustatis fide tuta sunt, ab hominibus mag-
nitis praceptorum loco facta creduntur.
Sciatur ergo quamplurima, unde etiam se-
nib[us] authoritas maior est, quod plura nos-
se, & uidisse creduntur, quod Homerus fre-
quentissime testatur, sed non est expectanda
ultima ætas, cum studia præstent, ut quan-
tum ad cognitionem pertinet rerum, etiā
præteritis seculis vixisse videamur.


Quod sit incipiendi causas agere tēpus.

A G E N D I autem initium sine dubio
secundum vires cuiuscumsumendum est, necque
ego annos definiam, cum Demosthenem
puerum admodum actiōes populares has
buisse. manifestum sit. Calvus Cæsar, Pollio,
Matius ante questoriam omnes ætate
grauiſſima iudicia suscepereint, pretexitos
egisse quosdam sit tradit. Cæsar Augustus
duodecim natus annos Aua pro rostris
laudaurit. Modus mihi uidetur quidam te-
nendus, ut neque præpropere distingatur
immatura frons, & quicquid est, illud ad
huc acerbum proferatur, nam inde et cons-
temptus

contēptus operis innascit, & fundamēta iā
ciunt impudētiae, & qd' est ubiq; pniciosiss
simū, pruenit uires fiducia, nec rursus dis
serendum est tirocinium in senectam, nam
quotidie metus crescit, maiusq; fit semper
quod ausuri sumus, & dum deliberamus
quādo incipiendū sit, incipere iā serum est,
Quare fructū studiorū uiridē, & adhuc dul
cē, pmi decet, dū & uenia, & spes est, & pa
ratus fauor, & audere nō dedecet, & si quid
desit operi supplet ætas, & si qua dicta sunt
iuueniliter, pro indole accipiuntur, ut tot
ille Ciceronis, p Sexto Roscio locus. Quid
enim tam commune, quam spiritus niuis,
terra mortuus, mare fluctuātibus, litus cies
etis? quæ cū sex & uiginti natus annos sū
m⁹ audiētū clamorib⁹ dixerit, deseruisse
tempore, & annis liquata iā senior idē fatei, &
hercle quantūlibet secreta studia cōtulerint
est tamē p̄prius quidē fori, pfectus, alia lux,
alia ueri discriminis facies, plusiq; si se pares
us sine doctrina, quā citra usū doctrina uaz
leat. Ideoq; nōnulli senes in schola facti stu
pēt nouitate cū in iudicia uenerūt, & oīa
suis exercitationibus similia desiderāt, at il
lic & iudex tacet, & aduersarius obstrepit,
& nihil temere dicitū perit, & si quid tibi ip
se sumas, pbandū est, & laboratā, cōgestāq;
L 5 dierū,

dierum , ac noctium studio actionē a qua
defecit , & omisso , magna semper flandi tus
more in quibusdam causis loquendum est ,
quod illi diserti minime sciunt . Itaq; non
nulos reperies , qui sibi eloquentiores uis
deantur , quam ut causas agant . Cæterum
illum , quem iuuenem , tenerisq; adhuc uitis
bus nientem in forum deduximus , & inci
pere , quam maxime facili , ac fauorabili cau
sa uelim , uti catuli ferarum molliore preda
saginantur , & non utiq; ab hoc initio con
tinuare operam , & ingenio adhuc alendo
callum inducere , sed etiam scientem quid
sit iam pugna , & in quam rem studendum
sit , refici , atq; renouari . Sic & tirocinij mes
tum , dum facilius est audere , transierit , nec
audendi facilitatem usq; ad contemptū os
peris adduxerit . Vlus est & hac ratione M.
Tullius , et cum iam clarum meruisset inter
patronos , qui tunc erant , nomen , in Asia
nauigauit , leq; & aliis sine dubio eloquen
tiæ , ac sapientiæ magistris , sed præcipue ta
men Apollonio Moloni quē Romę quoq;
audierat . Rhodi rursus reformādum , ac ue
lūt recoquendum dedit . Tum dignum os
pere pretinm tenuit , cum inter se cō
grauunt præcepta , & experimēta .

F I N I S



ARISTOTE⁼

LIS PROBLEMATA QVÆ pertinent ad litterarum studia.

CVR alios si legere cœperit somnus
occupat etiam nolentes, alios uigilas
re uolentes liber suscepimus reddere p^o
uigiles potest, an in quibus motus spiritus
les sunt, scilicet ob frigiditatem uel naturæ
uel materiæ melacholicæ, qua excrementū
spiritale crudum causa frigiditatis consistit
his cum intelligentia mouetur, insistensq^o a
licui intelligere nequit, repellitur motus al-
ter, qui refrigerandi uim habet, itaq^o potis
us dormire incipiunt, at ubi aliqua in re su-
am intelligentiam firmarunt. Quod lectio
facere solet, nimirum a motu spiritali illo
mouentur, cū nihil sit. quod eum repellat.
Itaq^o dormire non possunt, quorū autem
secundum naturam habitus est. eorum uir-
tus intelligēdi cum aliqua in re cōsistit, nec
uarie se dispergit, cetera quoq^o sita eo in lo-
co hērēt, quorum requies somnus est. Vbi
autem mens cōstiterit, & quasi fatigata suc-
cubuerit, caput aggrauat, utpote quæ sita
in eo sit, somnūq^o inducit, at cum secundū
naturam

naturam animus noster agitatur, nullo tamen somno premitur. Tum enim maxime uit, uigilantia autem, quāsōnus, causa pōtius est, cur uiuere ualeamus.

Cur contentiosa disputatio ingenia exercere possit. An q̄ in eo disputandi genere accidit, ut crebro quis aut uincat, aut uincatur, protinus ergo contentiosus hinc hominē redditur, quando uel uincendo p̄ lētiā magis, magisq; adducitur, ut in contēdendo perseveret, uel uictus enītitur, ut qd̄ amisi, recuperet. Quod idem uel in ceteris certandi generibus euenit. Quamobrem sēpe inter pugnandum, quanq; quis inferiōr est, tamen cessare minime patitur.

Cur homines in orando exemplis, & fabulis potius gaudent, q̄ commēris an gaudent, quia & discunt, & celeriter discunt. at qui p̄ exempla, & fabulas facilius discit. Sunt enim quae explorata habeātur, et particularia sint. Ratio autem commentandi demonstratio ex uniuersalibus est, quae minus, quam partes nouimus, ad hæc īs crescere magis solemus, quae plurium testimoniō confirmantur, exempla autem & fabelae testimoniorum speciem gerunt, fides autem prefacilis est, quam testimonij fecerit,

addit

additur, q̄ uerisimile quisq; libentius dicit
exemplum autem, & fabellæ rem non nisi
similem docent.

Cur oratorem, imperatorem, & mercato-
rem callidum appellare solemus, tibicinē,
histrionem hoc appellare nomine non so-
lemus. an q̄ illorum facultas sine cupidita-
te est, nimirum enim tātummodo ad oblecta-
tionem, ihorum autem conatus omnis ad
plus acquirendum sibi contendit, bonus
enim orator, & imperator, & mercator est,
qui plus sibi acquirere potest, calliditas au-
tem in acquirendo maxime sita est.

Cur hominem philosophum differre ab
oratore putemus. An q̄ alter quid nam
iustitia sit, cogitat, alter qui iniustus sit ali-
quis spectat, et alter qualis nam tyrranicus
tenor sit. alter tyrannum quempiam esse a-
nimaduertit.

Cur in hjs studijs, quæ aliqui sibi delege-
rint, q̄q̄ interdum prauis, libentius tamen,
q̄ in honestioribus uersantur, uerbi gratia,
præstigiatorem aut mimum, aut tibicinē
se potius esse, quam astronomum, aut ora-
torem uelit, qui haec sibi delegerit, an uolūt
quidem nonnulli res honestissimas tractas-
re, sed quoniam minus sibi confidūt posse
efficere, ideo non ita agunt, an q̄ rēi in qua
sele

sese quisq; posse præstare arbitratur, eā de-
ligit sibi, quam autem deligit, eidem operā
dat illi subsequens partem diei maximam
ut seipse uincat, seq; sit præstantior. Quia
etiam quæ principio aliquis sibi delegerint
quibusq; insueuerint. in ijs ne iudicare qui
dem possunt, quid nā melius sit. Animus
enim eorum corruptus iam est, ppter pra-
uas delectationes.

Cur in disputationibus contentio sit, nu-
gatio nunquam incidat. An q; apparenſ
ſyllogismus. idest ratiocinatio eſt, ratiocina-
tio autem in paucis continentur, quinetis
aut si prolixius agatur, interposito tempo
re paralogismus, idest puerla ratiocinatio
inter ea deprehendetur, & reuocare, quod
dederit aduersarius poterit.

Quamobrē libentius eas hystorias audi-
mus, quæ rē unā exponūt, quā quæ plures.
An q; rebus magis attēdimus notiorib; us,
easq; libētius audimus. Notius autē eſt, qd'
definiūt, unū itaq; finitū eſt, plus
ra aut ē infinito participat.

F. I. N. I. S.

Erratum in littera. B. pudicitia,
coniuges, germani, parentes.

Argentorati per Henricum Sybold.

